



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Index Alphabeticus Rerum præcipuarum, quæ in tribus hisce Tomis  
continentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)



# INDEX ALPHABETICUS

Rerum præcipuarum, quæ in tribus hisce Tomis continentur.

## A B O R T U S.

**A**borrens, quando voluntarius. To. 1. pag. 176. n. 61. 66. & 86.

Jure damnata est propositio ista: licet procurare abortum, ante animationem factus, ne puella, deprehensa gravidam, occidatur, aut infametur. Infanticiidas namque esse, quæ pharmacis, seu aliter, foetum, etiam necdum animatum, excutiant, vel ex concubitu conceptionem impediunt, docent Tertullianus Apolog. c. 9. Basiliius epist. 1. Can. ad Amphiloeh. can. 2. Penitentialia vet. Rom. tit. 1. c. 28.

## A B S O L U T I O.

Abolutionis verba ista, *si peccatis tuis*, licet omitti non possunt, licet forte de essentia non sint. To. 3. pag. 598. n. 2626. & 2627.

Abolutionis forma indicativa servanda est in Ecclesia Latina, tamen si irrita non videatur deprecativa, olim usurpata. Ibid. n. 2628. & seqq.

Abolutio illicitè & invalidè datur absenti. To. 3. pag. 563. n. 2592. & seqq.

Abolutio sub conditione futuro, invalida est sub conditione de presenti, si his contritus, &c. illicita. To. 3. pag. 601. n. 2652.

Abolutio à censuris præcedere debet absolutionem à peccatis. Ibid. n. 2659.

Abolutio neganda omnibus, quorum nulla vel facta est conversio. Ibid. n. 2661.

Abolutio (extra necessitatis articulum) differenda est omnibus, quorum dubia est & incerta contritio; nec sufficit contritionis probabilitas, si in contrarium sit æqualis vel major probabilitas. To. 3. pag. 603. n. 2671. & seqq.

Sub conditione, in mortis articulo, danda est fidelibus, post vitam Christianam rationis ulu subito destituta, licet eam non perferant. To. 3. pag. 566. n. 2404. & seqq.

Abque conditione danda est moribundis, qui absente Confessione eam petierunt, licet in ejus præsentia nullum illius petitionis signum edere valeant. Ibid. n. 2400.

Nullus momenti est absolutio data ei, in quem Sacerdos nec ordinariam, nec delegatam habet jurisdictionem. To. 3. pag. 601. n. 2687.

Variis casibus absolutio differri potest, licet penitens exitimetur sufficienter contritus. Pag. 393.

## A C C I D I A.

Accidia est peccatum ex genere suo mortale. To. 1. pag. 612. n. 232.

Illud accidit sex. Ibid. n. 234.

## A D O R A T I O.

Adoratio. To. 2. pag. v. n. 32. 33. 34.

## A D U L T E R I U M.

Adulterium, ejusque gravitas magna. To. 2. pag. exenij. n. 533. & seqq.

Quadruplicem continet inordinationem. P. exxiv. n. 136.

Obligatio adulterorum ad restitutionem damnorum ex adulterio filii legitimi & conjugii innocenti illatorum. To. 2. pag. 526. n. 1279. & seqq.

## A M B I T I O.

Ambitio. To. 1. pag. 581. n. 251. Est peccatum mortale. Ibid. n. 241.

Graviter peccant, qui sine divina vocatione, solum honoris, vel commodi temporalis intuitu, Beneficia Ecclesiastica quaerunt, vel pro se petunt Beneficium quodcumque, annexam habens curam animarum. Ibid. pag. 589. n. 84. & seqq.

## A M O R.

Amoris natura, objectum, motivum & finis. To. 1. pag. 230. n. 2. & seqq.

Amoris divisio. Ibid. pag. 234. n. 19.

Differen inter amorem benevolentiae & concupiscentiae. Pag. 235. n. 24.

Amoris bonitas petitur ex ordine amoris. Pag. 237. n. 34. & seqq.

Ad quatuor divisio amoris, in mansuetum & transitorium,

2. in amorem Creatoris & creaturæ, 3. in charitatem & cupiditatem latè acceptas. Pag. 211. n. 18. & seqq.

Primum Christiani hominis officium est amorem suum rectè ordinare. Pag. 210. n. 12.

Est contra rectum amoris ordinem, majus bonum amare propter minus bonum, tamquam amoris finem, etiam negativè ultimum, v. g. Deum propter creaturam. Pag. 245. n. 97. & seqq.

Nulla creatura ordinatè amari potest finaliter propter se. Pag. 279. n. 1. & seqq. Ne ipsa quidem creata virtutum honestas. Pag. 285. n. 35. & seqq. Multò minus res temporales. Pag. 288. n. 49 & seqq. Et adhuc multò minus carnales voluptates cibi, potus, carnalis concubitus, &c. Pag. 295. n. 76.

Omnis amor, & omnis actus deliberatus creaturæ rationalis, in Deum propter se dilectam finaliter est referendus. Pag. 297. n. 1. & seqq. Necessaria tamen non est relatio actualis, sufficit virtualis. Pag. 335. n. 301. & seqq.

Nec ista relatio, seu amor Dei propter se, in hoc statu naturæ corruptæ, ab homine est per naturam, sed à Deo per gratiam. Pag. 364. n. 66. & seqq.

Omnis proinde actus deliberatus hominis viatoris, cum debitis omnibus circumstantiis factus, meritorius est, saltem de congruo, utpotè ex gratia actuali procedens. Ibidem. Et pag. 338. n. 325. & seqq.

Vari gradus amoris Dei propter se. Pag. 277. n. 176.

Non omnis amor Dei propter se, etiam super omnia, est charitas perfecta. To. 3. pag. 532. n. 2106. & seqq.

Inchoatus, seu imperfectus amor Dei super omnia, adultis necessarius est ad justificationem in Sacramento Baptismi. To. 3. pag. 59. n. 188. Similiter necessarius est ad justificationem in Sacramento Penit. Pag. 419. & seqq. usque ad 532.

## A P P R O B A T I O.

Approbatio Episcopi Sacerdotibus, Parochiale Beneficium non habentibus, ad confessiones secularium valide iudicandas, & ad absolvendum necessaria est, extra mortis articulum, non in mortis articulo. To. 3. pag. 606. n. 2698. Et pag. 607. n. 2707.

Unius Episcopi approbatio non sufficit ad audiendas ubique confessiones. Ibid. pag. 608. n. 2712.

Nec sufficit approbatio Episcopi poenitentis, sed necessaria est approbatio Episcopi loci, ubi auditur confessio. Ibid. n. 2717.

Necessaria est approbatio obtemperata, non sufficit petita, & injunctè negata. Ibid. n. 2718.

Approbatus ad tempus, eo clauso invalidè excipit confessiones. Ibid. n. 2719.

Stabilitè approbatus ad revocationem, eam (etiam injunctè) facta. Idque etiam verum est in Regularibus. Pag. 609. n. 2720.

Ad audiendas Regularium confessiones, approbatio Episcopi non requiritur. Pag. 608. n. 2709.

Nec ad audiendas in Monasteriis à Regularibus confessiones secularium, qui ibi verò suat de familia. Pag. 609. n. 2723.

## A T T R I T I O.

Attritio purè formidolosa, sive ex solo gehennæ metu, non sufficit ad gratiam in Sacramento recipiendam; sed ad id necessaria est attritio amorosa. To. 3. pag. 420. ad 531.

Practicè probabile non est, solum formidolose attritum cognitur utaleny, licetè absolvi possit. Ibid. n. 1391. & seqq.

Amorosa attritionis à perfecta contritione discrimen. Pag. 545. n. 2187. & seqq.

Amorosa attritio, cum voto Sacramenti, absque actuali illius susceptione, in articulo mortis justificat, dum susceptionem illam excludit impossibilitas, non voluntas. Pag. 547. ad num. 2205.

## A V A R I T I A.

Avaritia quàm probrosa sit Christianis, maxime Sacerdotibus & Ecclesiasticis. To. 1. pag. 591. ad num. 100. ad 122.

Pæna avaritiae. Pag. 594. n. 112.



B.

## B A J U S.

**B**ajus non docuit omnes propositiones in Bulla Pii V. expressas, nec eas omnes ipsi Pius V. seu alius Pontifex attribuit. To. 1. pag. 121. n. 40.

Non docuit charitatem perfectam in Catechumenis & penitentibus esse posse ante remissionem peccatorum. Ibidem pag. 135. n. 125. ubi id expressè declarat.

Non omnes propositiones, vulgò Bajanae, damnatae sunt in sensu ipsius, nec eas omnes Pius V. damnavit in sensu ab ipso, seu ab Assertore, sed in sensu ab Assertoribus invento. Ibidem.

Sensus damnatus propositionum illarum, non semper pendens est ex libro seu libris ipsius, sed ex propositionibus ipsis, prout in Bulla Pii V. exhibentur, vel secundum se spectatis, si sic reddant sensum pravum, vel in Ecclesia peregrinum; vel ad invicem collatis, si sic, non aliter, sensum reddant pravum, &c. Pag. 124. n. 56.

Bajus non fuit haereticus: quia non erravit pertinaciter, nec malitiosè. Pag. 121. n. 44.

## B A P T I S M U S.

Baptismus fuit immediatè institutus à Christo, cum à Joanne in Jordane baptizatus fuit. To. 3. pag. 40. n. 7.

Baptismi materia remota est aqua naturalis; proxima, ablutio; forma, *ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Ibid. pag. 41. n. 15. Pag. 43. n. 46. Pag. 44. n. 60.

Regulariter quidem expectanda est pueri nativitas ex utero, ut baptizari licitè possit. Si tamen moriturus credatur in utero, & aqua ad ipsum infantem (adhuc in utero existentem) verè immittitur, licitè & validus erit talis baptismus; utpote baptismus infantis nati in utero. Neque enim Scriptura exigit nativitatem extra uterum, ut renasci queat. Pag. 44. n. 53. & 54.

Ad baptismi valorem exprimenda est Personarum Trinitas, sub propriis & distinctis nominibus; divinæque naturæ unitas. Pag. 47. n. 77. & seqq.

Nunquam valuit baptismus sub expresso solius Christi nomine. Pag. 45. n. 67.

Nec sub hac forma collatus, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, prætermisissis istis, *ego te baptizo*. Pag. 46. n. 74.

Solus Episcopus & Sacerdos est baptismi Minister ordinarius. Pag. 48. n. 95. Ubi tamen Sacerdos est absens, & necessitas exigit, potest Diaconus jure suo baptizare. Pag. 49. n. 96. Potest etiam Laicus, dum necessitas exigit, baptizare. Ibid. n. 97. & 102.

Parvuli infidelium, ratione utentes, invitatis parentibus, licitè baptizantur, si baptismum petant. Pag. 51. n. 121. Similiter infantes infidelium baptizatorum. n. 123. Sicut & infantes infidelium non baptizatorum in periculo mortis, n. 124.

Probabile quoque est licitum esse, infantes infidelium non baptizatorum, nec Christianis Principibus civiliter subditorum, à parentibus non abstractos, ipsi infans, tamen cautè baptizare; ut id rescire non possint. Pag. 54. n. 144.

Infantes omnes, etiam fideles, piorumque parentum absque baptismo fluminis & sanguinis morientes, damnantur ad ignem æternum, licet cæteris mitius. Pag. 57. n. 174. & seqq.

Aliena est à mente SSi Patrum opinio, dicens, aliquos ex ipsis salvari in fide & voto parentum. Ibid. n. 169.

Mater gravida, in desperatione partus naturalis, pati tenetur sectionem Cæsaream, ut proles, quam utero gestat baptizetur, alias sine baptismo moritura; dum ei ad manum sunt Medici & Chirurghi tam bene versati, ut adfuerit quidem periculum aliquid vitæ matris; sed non sine spe probabili incolumitatis ipsius. To. 2. pag. 251. n. 139. & seqq.

## B E N E F I C I U M.

Beneficii Ecclesiastici descriptio & divisio. To. 2. Pag. lxxxix. n. 545.

Præparatio & dispositio requisita ad Tutoriam Clericalem. Ibid. pag. xc. n. 552. Condiciones necessaræ in recipiente Beneficium. Ibid. pag. xcj. n. 558.

Gravitas peccati conferentium Beneficia indignis, vel mi-

nus dignis. Pag. xcij. n. 564.

Obligaciones Beneficiorum. Pag. 515. n. 1203. 1210. Et pag. xiv. n. 79.

## B E L L U M.

Requisita ad ejus justiciam. To. 2. pag. 301. Peccata, quæ ut plurimum committuntur in bello. Pag. 303. n. 414. & seqq.

## B O N A.

Bona derelicta sunt primò occupantis. To. 2. pag. 366. n. 92. Non sic bona inventa, quorum dominus, post inquisitionem, ignoratur. Sunt enim eroganda pauperibus, vel in pias causas. Ibid. n. 97.

Bona superflua divitum in elemosinas sunt applicanda. Pag. 264. & 265. n. 226. 232. & seqq.

C.

## C A M B I U M.

**C**ambium. Tituli iustificantes lucrum ex cambio. To. 2. pag. 476. n. 943.

Usurarium est lucrum ex cambio, præcisè fundatum in expectatione solutionis. Pag. 478. n. 951.

Sicut & lucrum ex cambio cum recambio. Ibid. n. 953. & seqq.

## C A P U C I N I.

Capucinatorum Procurator & Commissarius Generalis ex mandato Innocentii XI. Ministris omnibus Provincialibus injunxit, ut Confessarios sibi subditos moneant, quatenus eos penitentes beneficio absolutionis privarent, quos ex factis viderint non esse sufficienter dispositos, præsentium mulieres, ornatu immoderato, vel immodestè corporis utentes, si ab istis vanitatibus, & excessibus immodestis solent abstinere. Epistolam ipsius exhibet Ivenius de Sacramentis pag. 748. Innocentii XI. ea de re meas videri etiam potest to. 3. pag. 333. n. 867.

## C A L V I N U S.

Impia ejus, & Calvinitarum, Lutherorumque dogmata reselluntur. To. 1. pag. 529. To. 2. pag. 143. 144. 157. 158. 159. 160. 161. 162. & seqq. 174. 176. xxxvii. xxxix. xj. To. 3. pag. 2. 92. & seqq. Item pag. 120. 180. 183. 176. 631. &c.

## C A N O N E S P O E N I T E N T I A L E S.

Canones Penitentiales nonnulli abrogati sunt quoad exteriorem disciplinam, sed nulli quoad spiritum. Et idè Canones illi à Confessariis discendi sunt, tamen eorum rigor juxta statum & vires penitentis sic temperandus, non in totum negligendus. To. 3. pag. 247. 248.

## C A S T I T A S.

Castitatis obligatio & excellentia. To. 2. pag. 334.

Encomia & prærogativæ castitatis virginalis. Pag. 376.

## C A S U S R E S E R V A T I.

Casus reservati, nulli sunt in articulo mortis. To. 3. pag. 606. n. 2699.

A casibus sibi ab Episcopo reservatis Confessarii Ordinum Mendicantium absolvere non possunt, nisi ad id specialem ab ipso licentiam acceperint. Pag. 611. Etiam privilegium habeant absolventi à casibus Sedi Apostolicæ reservatis. Pag. 612.

Peccatum habens reservatum, extra mortis articulum, absolvi non potest à Confessario non habente potestatem in reservata, ne indirectè quidem. Pag. 613. n. 2749. Ideoque se gerere debet, ac si Confessarii copiam non haberet, si Superioriorem, vel ad reservata delegatum adire non possit. Num. 2750.

## C H A R I T A S.

Charitatis actus omnibus ratione utentibus necessitate mediè necessarius est ad salutem. To. 2. pag. 228. n. 19. Necnon necessitate præcepti. Pag. 229. n. 18.

Exorbitantes opiniones de tempore, quo obligat præceptum eliciendi charitatis actum. Pag. 230. n. 23.

Præceptum istud sub mortali obligat ad non differendum diu charitatis actum, adepto pleno rationis usu. Pag. 232. n. 33. Necnon in fine vitæ. Pag. 234. n. 44. Intermedio tempore actus amoris Dei super omnia sine mortali omitti non potest tempore notabili, sed adeo frequenter eliciendus, ut mortali quodam modo Deus super omnia semper actu, vel virtute diligatur. Ibid. n. 45.

Haereticum est, dicere, quòd habens amorem Dei præsumum, sollicitus esse non debeat, de observantia mandatorum.



runt. Pag. 240. n. 79.

Deus super omnia diligendus est non solum appetiatiue, sed & intensiue, in parte rationali. Pag. 241. n. 86.

Etiã proximus charitate formalis & interni est diligendus. Pag. 245. n. 102.

In charitate Dei & proximi seruandus est ordo. Et alius quidem ordo amoris appetiatiui, alius ordo amoris beneficiatiui. Pag. 247. 248. & seqq.

In extrema necessitate unusquisque tenetur vitam propriam exponere pro æterna proximi salute. Pag. 250. n. 131.

Inimici etiã charitate sunt diligendi, & quomodò. Pag. 253. n. 150. & seqq.

Exteriora dilectionis signa inimico veniam petenti priuatus quisque exhibere tenetur, etiã statim post acceptam injuriam. Pag. 257. n. 179.

## C I R C U M S T A N T I Æ.

Circumstantiæ actuum humanorum septem. To. 1. pag. 226. n. 4.

Actus ex objecto, seu ex specie & officio bonus, factus ob finem malum, est malus: secus, si fiat ob specificam bonitatem suam, licet cum defectu relationis in Deum: licet tunc agens peccet. Ibid. n. 11.

Circumstantiæ mutantes, & non mutantes speciem. Pag. 229. n. 33.

## C H O R E Æ.

Choræum & saltationum frequentatio quàm periculosa sit. To. 2. pag. clxxxv. n. 72.

## C O M M U N I O.

Communio adultis necessaria est necessitate præcepti diuini, si sufficienti ad hoc ratione utantur. To. 3. pag. 176. n. 737.

Diuinum istud præceptum obligat, non solum in articulo mortis, sed & toties in vita, ut diu differatur. Ibid. n. 742. ut scilicet non differatur ultra annum. Ibid. n. 743. Sic enim diuinum præceptum Ecclesia deternisauit. Nec diuino, nec Ecclesiastico Communiois præcepto fatissit per Communioem sacrilegam. Pag. 178. n. 748.

Ecclesiasticum Communiois præceptum implendum est in Ecclesia Parochiali, nisi Episcopus, vel Parochus permittat alibi impleri. Ibid. n. 753. & 754.

Peregrini tamen, & forenses, ad propriam Parochiam, in Paschate, accedere non valentes, extra eam isti præcepto satisficere possunt, etiã apud Mendicantes. P. 179. n. 756.

Ille qui præuidet futurum, ut communicare non possit in Paschate, tenetur præuenire, nisi probabiliter credat sibi non defuturam occasionem communicandi eo anno post Pascha. Ibid. n. 759.

Communio negari non potest peccatori occulto, publice petenti; licet neganda sit peccatori publico, siue publice, siue occultè petenti. Pag. 182. n. 788.

Ad fructuosam communionem, ultra statum gratiæ, requiritur in adultis devotio actualis, vel virtualis; sine ea proinde communicans, nullum gratiæ augmentum recipit. Pag. 129. n. 412. & seqq.

Dispositiones ad frequentem Communioem à Sanctis requisite. Pag. 134. & seqq.

De Confessione Communiois præmittenda, deque naturali jejuniis. Pag. 168. & 173.

Communio permittenda non est Laicis, nec Sacerdotibus, etiã confessis, ipso die commissæ fornicationis, etiam in die festo, quo populus alias sacrum non esset auditurus. Pag. 154. ad 164. inclusiue. Nec permittenda ipso die voluntariæ pollutionis. Pag. 165. Nec consulenda conjugatis ipso die copulæ habitæ causâ voluptatis. Pag. 167.

## C O N F E S S I O.

Confessio mortalium debet esse formaliter, non materialiter integra. Pag. 555. n. 2298.

Consistenda sunt circumstantiæ notabiliter aggravantes intra eandem speciem. Pag. 557. n. 2313.

Etiã peccata dubia consistenda sunt ut dubia. Pag. 559. n. 2330.

Et ista, si postmodum occurrant ut certa, consistenda sunt ut certa. Pag. 561. n. 2346.

Causæ excusantes ab integritate confessionis. Ibid. n. 2353.

Datur Confessio valida & informis; non Sacramentum validum & informe. Pag. 562. n. 2358. & seqq.

Paradoxa circa hoc Neoterici cuiusdam opinio confutatur. Pag. 563. n. 2365. & seqq.

Confessionis invalidæ casus enarrantur. Pag. 564. n. 2374. & seqq.

Confessio inter absentes per epistolam fieri non potest, C O N F E S S A R I U S.

Valde periculosa est, juxta doctrinam Sanctorum, absque signis vocationis diuinæ, Confessionibus audiendis se ingerere. Pag. 614. n. 2760.

Confessarii doctores, seu qualitates in eo requisite. Ibid. n. 2768.

Confessarius oportet prudentem esse 1. in opinionum delectu. 2. in consiliorum salutarium suggestione. 3. in remediis conuenientium applicatione. 4. in penitentiarum injunctione. 5. in penitentium examine. 6. in errantium instructione. 7. in discernendo qui digni sint vel non sint absolutione. Pag. 617. n. 2786. & seqq.

Confessarius instruere & monere debet penitentem, ex errore seu ignorantia in statu materialiter malo bonâ, ut aiunt, fide existentem; nec ipsum absolvere, si rationabiliter iudicet ipsum ab eo statu non recessurum, si moneatur. Pag. 608. n. 2758.

Confessarius quomodò se gerere debeat 1. erga recidivos & consuetudinarios. Pag. 620. n. 2812. & seqq.

2. erga hæreticos ad Ecclesiam redeuntes. Ibid. n. 2809.

3. erga rudes, fidei mysteria ignorantes. Ibid. n. 2805.

4. erga pueros sibi consistentes. Pag. 619. n. 2803.

5. erga perjuros & blasphemos. Pag. 623. n. 2833.

6. erga deditos voluptatibus oblectamentis. Pag. 624. n. 2840.

7. erga tepidos, suæque perfectionis incurios. Pag. 625. n. 2845.

8. erga scrupulosos. To. 1. pag. 733.

9. quomodò discernere debeat occasiones à relapsis sub mortali vitandas. To. 3. pag. 622. n. 2614. & seqq.

10. quanta cum cautela abstinere debeat à narratione auditorum in Confessione. Pag. 626. n. 2854.

Boni Confessarii pauciores quàm multi putant. To. 3. pag. 313. n. 745. & seqq.

## C O N F I R M A T I O.

Confirmatio est verum novæ legis Sacramentum. To. 3. pag. 69. n. 4.

Oleum est de necessitate illius. An etiã balsamum? Non est ita certum. Pag. 70.

Christina necessariò esse debet ab Episcopo benedictum: An necessitate Sacramenti? Nec hoc est usquequaque certum. Pag. 71.

Unctio chrismatum necessariò, necessitate Sacramenti, ad modum crucis faciendâ est in fronte. Pag. 72.

Impositio manuum verisimilius est de essentia Sacramenti. Ibidem.

Solus Episcopus est ordinarius hujus Sacramenti Minister; extraordinarius, ex Summi Pontificis dispensatione, simplex Sacerdos. Pag. 73.

Subiectum est solus homo baptizatus. Proprius effectus est speciale robur Spiritus sancti ad confitendam viriliter fidem, & nomen Jesu Christi. Pag. 76.

Confirmationis Sacramentum suscipere negligens, dum commode potest, graviter peccat. Ibid. n. 84. & seqq.

## C O N S C I E N T I A.

Ejus definitio ac divisio in certam, probabilem, dubiam, perplexam, scrupulosam, & laxam. To. 1. pag. 728. & 729.

Quisquis contra conscientiam, etiã erroneam, eâ non depositâ, agit, peccat peccato ejus speciei & gravitatis, quod conscientia dicitur. Pag. 730. & 731.

Deponenda proinde conscientia vincibiliter erronea, dicitur faciendum, quod reverâ malum est. Alias peccatur, siue sequendo eam, siue contrafaciendo. Pag. 732. n. 36.

Conscientia scrupulosa quomodò curanda. Pag. 734. 735. 736.

Conscientia alia positivè, alia negativè dubia. Pag. 736. 737. 738.

Conscientiam habens sic negativè dubiam de honestate actionis, ut nulla ipsi occurrat ratio pro alterutra parte, non prohibetur actionem illam ponere. Pag. 739.

Conscientiam habens positivè dubiam de actionis honestate vel inhonestate, vel de obligatione vel non obligatione ad aliquid, ob æqualem, vel quasi æqualem hinc inde



probabilitatem, tutiorem partem tenetur eligere. Pag. 740. n. 106. & seqq.

Dum utraque pars contradictionis, spectatis omnibus, ipsi apparet æque probabilis, neutra tunc est ipsi simpliciter & expedite probabilis, seu approbabilis. Pag. 743. & seqq.

In æquali proinde, vel ferè æquali probabilitate de honestate & inhonestate actûs, procedit regula juris, *in dubiis semitam eligere debemus tutiorem*. Pag. 749. & seqq. usque ad 762.

Positivè dubius, in casu proximè dicto, formare nequit conscientiam de honestate per reflexa Probabilitatum principia. Pag. 764.

Neque enim id potest sub prætextu quoddam lex prohibens, si deur, non sit sufficienter promulgata. Pag. 766.

Neque sub prætextu quoddam isto in dubio sit in possessione sua libertatis. Pag. 771. & seqq.

Neque sub prætextu quoddam invincibiliter tunc ignoret legem prohibentem. Pag. 783.

Non est igitur licitum agere secundum opinionem probabilem de licito, stante æquali probabilitate de illicito. Pag. 785.

Multo minus id licitum, stante & concurrente minori probabilitate de licito. Pag. 786. n. 370.

Istaque ac præcedens assertio ex Scriptura, Patribus, sacris Canonibus, gravissimis sapientissimorum Episcoporum censuris, multiplicique ratione demonstratur à c. 793. ad 878.

Refelluntur qui aiunt Antiprobabilissimum aliam matrem non habere, quam Jansenismum. Pag. 835.

Similiter refelluntur qui pro Antiprobabilissimo paucos stare putant Auctores graves. Ibidem.

Sicut & ii, qui dicunt, Probabilissimum non rejici nisi ex malevolo in Societatem animo, vel ex affectu ad novitates. Pag. 838.

Terilli & aliorum Probabilitatum argumenta nullius roboris esse demonstrantur. Pag. 879. & seqq. usque ad 894.

Ne probabiliorum quidem de licito opinionem, in materia legis naturalis ac divinæ, sequi licet, quando probabilitas ipsius non est tanta, ut abstergat probabile periculum violandæ legis. Pag. 895. & seqq.

Nulla opinio falsa, legi naturali contraria, excusat à peccato contra legem, tamen si subinde excuset à peccato contra conscientiam. Pag. 902. & seqq. usque ad 920.

In concernentibus legem æternam, licet semper sequi non teneamur opiniones tutiores, sed veras; tutam tamen, seu à peccati periculo immunem, sequi nos oportet, dum veritatem assequi non possumus. Pag. 911. n. 1044.

Probabiliorum argumenta solvantur. Pag. 915. & seqq.

Extra necessitatem Confessarius illicitè absolvit penitentem secundum opinionem probabilem & incertam de sua jurisdictione. Nisi ipsi faveat error communis cum titulo colorato, à legitimo Superiore proveniente. Pag. 927.

Licitum non est sequi opinionem quamcumque, repertam in Authore Juniore approbato, licet opinio ipsius damnata nondum sit à Sede Apostolica. Pag. 930.

Theologo non licet consilium dare secundum opinionem quamcumque probabilem. Pag. 932.

A Spiritu sancto merito reprehenduntur, penamque cæcitatatis castigantur, qui varios adeunt Doctores, ut quædam inveniunt suæ faventem cupiditati. Pag. 933.

Veterum dicta, de benignitate in consiliis sectanda, facilius non condemnando aliqui de mortali, à Probabilitatis malè intellecta. Pag. 933.

#### CONTRACTUS.

Conditiones requiritæ ad legitimum contractum. To. 2. pag. 374. n. 171. & seqq.

Contractus gravi metu, injustè incusso, initi, non sunt universim invalidi. Pag. 376. n. 186.

Contractus de se prorius invalidi (etiam jure positivo) non firmantur juramento: scilicet si naturalem pariant obligationem. Pag. 378.

Naturalem obligationem in foro conscientia pariunt aliqui (non omnes) contractus, facti sine solemnitate à jure requisita. Pag. 380.

#### CONTRITIO.

Contritionis definitio, ac divisio in perfectam & imperfectam. To. 3. pag. 424. n. 1422.

Perfectæ contritionis ab imperfecta discrimen. Pag. 541.

Contritio perfecta cum Sacramento non requiritur. Pag. 544. n. 2082.

Remordente post mortale peccatum conscientia, contritio sine gravi peccato diu differri non potest. Pag. 551. n. 2229. & seqq.

Necessè non est quod contritio præcedat confessionem; sufficit quod præcedat vel concomitetur absolutionem. Pag. 551. n. 2248.

Sufficit contritio heri sub vesperam, vel pluribus antè diebus elicta, dummodo non retractata. Pag. 551. n. 2251.

Novus contritionis actus necessarius non est, dum peccatum (in confessione oblitum) post absolutionem quispiam confiteatur. Ibid. n. 2253.

Ne venialia quidem absque contritione remitti queant. Pag. 552. n. 2259.

#### CONVERSIO.

Peccatoris post grande crimen, v. g. fornicationis, conversio plena, est totius hominis interioris exteriorisque mutatio. To. 3. pag. 251. n. 329 & seqq.

Explicatur plena sese emendandi voluntas, ad eam necessaria. Pag. 252.

Explicatur & plenum peccati odium, ad eam pariter necessarium. Pag. 254.

Pleni istius odii signa recensentur. Pag. 255.

Pro admittis post baptismum criminibus, præsertim gravioribus, non sufficit dolor parvus & remissus, sed magnus requiritur & intentus. Pag. 258. & seqq.

Contraria opinio peccatoribus utilis non est, sed noxia. Pag. 264.

Scipios decipiunt multi, sese plene conversos existimantes, cum non sint. Pag. eadè.

Plene conversi non sunt censendi peccatores, post grandia crimina, præsertim frequentia, allumere nolentes media sibi ad cavendum relapsum necessaria. Pag. 267.

Uti nec illi, qui convenientem, pro facultate sua, peccatorumque suorum multitudine & gravitate, satisfactio-nem acceptare renuunt. Pag. 269.

Plena grandium peccatorum, post baptismum committorum, maxime consuetudiniorum, facilius ac citò relabentium conversio difficilis & rara est. Pag. 269. 281. & seqq.

Nec esse solet repentina, nec tempore fieri brevissimo; sed imperfectè primùm inchoari, deinde paulatim augeri, tandemque ad necessariam plenitudinem perducì. Pag. 271. & seqq.

Ad plenam conversionem magni peccatoris, magna requiritur Dei gratia, & misericordia, precibus magnis & perseverantibus ordinariè impetranda. Pag. 286. & seqq.

Precibus illis, ad eandem impetrandam, ordinariè iungenda sunt laboriosa penitentia opera, interna & externa. Pag. 291. & seqq. usque ad 318.

Plena magni peccatoris, maxime consuetudinarii, conversio non satis Confessatio probatur per signa, quæ proferuntur Author libri, cui titulus: *Praxis solida*, &c. aliisque Juniores; maxime si non semel ea præstitit absque ullo promissæ emendationis effectu. Pag. 318. & seqq.

Illustrissimus D. Guido de Seve, Episcopus Atrebatensis, propositionem hanc iustà censurâ perstrinxit, velut periculosam, falsam, temerariam, &c. *Confessarius habet sufficiens motivum credendis, quod penitens sit verè contritus (post relapsus, aut adhuc in habitu peccati, vel in occasione proxima existens) quando penitens attestatur se verè esse contritum, & Confessarius manifestè non constat contritum*. Pag. 321.

De sufficienti conversione magni peccatoris, &c. non solum prudenter non judicatur ex solis verbis, quibus dolere se dicit, sed nec ordinariè dum verbis illis adiungit gemitus, tumorem pectoris, lachrymas momentaneas, atque ejusmodi, dum non semel illa hæcenus præstitit absque ulla emendatione. Pag. 323.

Ne primà quidem vice prodeunt illi creditur, ordinariè loquendo, etiam si specialiter monitus paratum se dicat ad media sibi præscripta ad pravam consuetudinem extirpandam. Tamen si etiam monitus ad eam extirpandam omnimodò allaboraverit, nec toties, nec tam faciliè ut antè relabendo. Pag. 324.



Ex Scriptura, Patribus, communi hominum sensu, & ratione ostenditur, dictum peccatorum suam Confessario plenam conversionem extra mortis periculum probare debere per penitentiae opera, cum vite emendatione conjuncta. Pag. 325. & seqq.

Centum & duodecim argumentis ostenditur, dictis peccatoribus impariendam non esse abolitionem, dum ligaturae impatientes statim solvi, & ad altare mitti volunt, vel absque penitentiae operibus, absque etiam vitae emendatione, ad confessionem accedunt. Pag. 334. & seqq. usque ad 407.

De iustis per surreptionem & inadvertentiam continuo relictis in eadem venialia, hic philosophandum non est ut de peccatoribus cum plena deliberatione continuo relabentibus in eadem mortalia. Pag. 408. n. 337.

Consuetudinarii non ideo statim absolvendi sunt, quod jamjam nubere velint cum ea, quacum adhuc nocte praecedente fornicati sunt, ut fornicandi finem faciant. Pag. 400. n. 1342.

Recidivi ex fragilitate facilius censeri possunt sufficienter converti, quam recidivi ex malitia; facilius proinde censeri possunt abolitione digni. Pag. 392. n. 1264. & seqq.

CORRECTIO FRATERNA.

Correctio fraterna, juxta Evangelium, facienda est, non a quocumque, nec quolibet loco & tempore, sed ab eo qui prodesse potest, dum ea proximus cognoscitur indigere, & a corrigente utiliter corrigendus esse; uti & dum honor Dei eam postulat, vel necessitas avertendi scandalum aliorum qui in peccatum inducerentur, si non corripere illi, qui coram ipsis peccat. To. 2. pag. 286. 287. 289.

Correctio fraterna, dum dirigitur ad salutem delinquentis, fieri debet cum mansuetudine magna, & humilitate, nec pro eadem re ad nauseam continuanda. Pag. 190. 191.

Ipsi etiam Superiores, ab inferioribus, cum omni reverentia, modestia & humilitate fratrem sunt corrigendi. Pag. 292.

Quando delictum, fratris est occultum, nec Communitati noxium, nec cedens in grave tertii detrimentum, spesque est fratrem per secretam monitionem sese emendaturum, necessarium servandum est Evangelicus ordo correctionis. Pag. 292.

Ordinem illum pro solis saecularibus Salvator non praescripsit, sed & pro Religiosis, juri ad propriam famam ex sui Ordinis Instituto non renuntiantibus. Pag. 295.

CULTUS SANCTORUM.

Cultus Deiparae Virginis, & Sanctorum, primo Decalogi praecipio non adversatur. Pag. xxxvij.

Uti nec eorum invocatio, tamquam Mediatorum secundariorum, qui per merita Christi bona aliqua nobis impetrare possunt. Pag. xij.

D.

DECIMAE.

Decima Ecclesiae solvenda; cum earum solutio debita sit Deo; & qui eas solvere nolunt, aut solventes impediunt, res alienas invadunt. To. 2. pag. cxxxvij. n. 91.

DELECTATIO MOROSA.

Morosa delectatio de rebus obscenis est mortale peccatum. Pag. clxxvij.

Etiam si sit de re secundum se obscena, cum absque culpa contigit. Pag. clxxx.

Mortalis quoque est delectatio morosa viduorum de copula in matrimonio habita, representata ut praesente; sicut & conjugandorum de habenda. Pag. clxxxj. n. 43. & seqq.

Ipsis etiam conjugatis mortale est venerem in carne sua delectationem de representata copula cum compare, in ipsius absentia, voluntarie excitare. Pag. clxxxj. n. 46.

Nec absque culpa mortali sunt oscula, amplexus, aspectus, & tactus impudici extra matrimonium. Pag. clxxxij. & clxxxvij.

DEPOSITUM.

Depositum definitio ac leges. Quarum prima est, quod depositarius, absque deponentis consensu, rem depositam in usus suos convertere non possit. Altera, quod si res deposita apud depositarium, absque ipsius culpa pereat, deponenti tanquam domino pereat. To. 2. pag. 419. & 420. n. 517. & 518.

Depositarius regulariter solum teneat de dolo & culpa lata, quando scilicet minorem de re deposita, quam de sua, diligentiam praestet. Ibid. n. 525.

Depositum a commodato & precario differt, quod per commodatum res ad certum utrum, ad tempus designatum, gratuito concedatur, ante quod tempus repeti non potest. Per precarium vero, res ad usum gratuito sic concedatur, ut quovis tempore, ad natum concedentis, repeti queat.

DESIDERIUM.

Profrus illicitum est desiderium, quo proximo cuicumque desideratur malum, etiam si non qua malum ipsius, sed ut inde obviam desiderant bonum, proximo malo postponendum. To. 2. pag. 261.

Tom. III.

praecipuarum.

Peccatoribus & inimicis licitum est optare temporalia mala, ut corrigantur. Pag. 263.

DESPERATIO.

Desperatio est voluntaria animi dejectio, per quam abjicitur spes obtinenda remissionis peccatorum, vel beatitudinis, ob existimatam impossibilitatem, vel nimiam difficultatem mediorum ad id necessarium. To. 2. pag. 225. n. 57.

Licet non sit peccatorum omnium gravissimum, est periculosissimum. Ibid. n. 58.

Hic novissimis diebus, homines non tam frequenter peccant desperatione, quam praesumptione. Pag. 226. n. 61.

DETRACTIO.

Detractio est injusta denigratio famae alicujus personae absentis. In quo differt a contumelia, quae est injusta dehonoriatio personae praesentis. To. 2. pag. ccxv. n. 20. & 21.

Detractio & contumelia peccata sunt ex suo genere mortalia, furto graviora. Ibid. n. 26.

Detractio eo gravior est, quo proximi fama magis denigratur, vel crimen majus imponendo, vel verum, sed occultum, pluribus divulgando. Pag. ccxvij. n. 36.

Gravis, licet vera; narrans ex auditu, saepe, non semper peccat contra justitiam, tamen narratis nullam addat auctoritatem. Pag. ccxix. n. 52. & seqq.

Occultum crimen proximi revelare, tres causas permittit, justitia, charitas, necessitas. Pag. ccxx.

A mortali non excusatur, vel uni viro prudenti, sine justa causa, revelans grave crimen occultum proximi, licet credatur secretum servaturus. Pag. ccxxj.

Mortale est, publice diffamatum in uno peccati genere, in alio non connexo diffamare. Pag. ccxxj. n. 74.

Mortale non est, nescientibus revelare crimen alicujus, in loco ubi de eo publice diffamatus est. Ibid. n. 76.

Mortale est contra justitiam, crimen alicujus uno loco publicum publicitate facti, divulgare in alio loco distanti, ubi aliis difficulter fieri potuisset. Pag. ccxxij.

Id etiam mortale est contra charitatem, non contra justitiam, si absque causa crimen illud, uno loco publicum publicitate juris (per sententiam Judicis) divulgetur in alio, ubi publicum non est. Pag. ccxxiv. n. 87.

Mortaliter contra justitiam peccat, qui occultum crimen proximi, uno in loco injuste publicatum, ibi vel alibi scienter nescientibus revelat. Ibid. n. 90.

Audiens detractorem, non minus peccat quam detrahens, si ipsum ad detrahendum incitet, ostendendo se libenter audire, ex odio quo in proximum fertur. Secus (juxta nonnullos) si ex sola curiositate libenter quidem audiat, ad detrahendum tamen non inducat. Probabile tamen videri potest, id esse mortale, sicut ex sola curiositate clam observare crimen occultum proximi, v. g. adulterium; cum proximus habere videatur jus, aliis, non Superioribus suis, occultandi crimina sua. Pag. ccxxv. n. 95.

Audiens detractorem, debet eum verbis redarguere, de eo quod peccat fratri detrahendo, vel saltem ostendere, per tristitiam vultus, quod sibi detractio displiceat. Ibid. n. 97.

Mortale est contra justitiam, detractori, vel calumniatori, falsum crimen scienter objicere, ad defendendum honorem suum, vel famam, licet aliter defendi non possit. Ibid. n. 98. & seqq.

Ad vitanda gravia tormenta, mortale est falsum ipsi crimini imponere, ob cuius confessionem morte plectendus sit. Pag. ccxxvij.

DISPENSATIO.

Legitima dispensatione legis relaxatur obligatio. To. 2. pag. 41. n. 260.

Ad legitimam dispensationem necesse est ut ab habente potestatem rationabili ex causa procedat. Ibid. n. 265. & seqq.

Papa pro sola voluntate dispensare non potest in Ecclesiae legibus. Pag. 43. n. 279.

Si post obtentam rationabili de causa dispensationem (super aliquo v. g. matrimonii impedimento) causa illa ante dispensationis executionem cesset, non ideo dispensatio cessat. Quia non ideo redit impedimentum, semel sublatum. P. 44. n. 290.

Sola communis Ecclesiae necessitas vel utilitas, est causa sufficientis dispensandi in legibus Ecclesiae. Pag. 49. n. 318.

Quia in Ecclesiae legibus nunquam dispensatur, nisi legibus ipsi vulnus aliquod infingatur; nisi proinde ista vulnens inflicto alicujus boni communis cessatione compensetur. Pag. 42. n. 272. 273. 274. Nisi enim taliter compensetur, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est, iudice Bernardo, n. 275. citato.

Status proinde, seu matrimonialis, seu Ecclesiasticus, mediante dispensatione non est facile assumendus. Pag. 49. n. 317.

Sub icentia veri, sicut & expressio falsi, dispensationem reddit subreptitiam, vel suspectam, dum casus taliter proponitur.

L 2 2 2



litus, prudentum iudicio; non comprehendit casum, prout revera se habet; tantum Pontifex, re, ut se habet, absque falsi expressione proposita, adhuc eisdem dispensat. Pag. 43. n. 292.

Hinc consecratoria est variorum decilio casuum, qui videri possunt n. 298. & seqq. usque ad n. 320.

## D O M I N I U M.

Usque ad eò absolutum non est dominium divinum, in res statui suo superfluas, ut ipsis licitum sit eas in quoscumque usus pro libitu expendere, divitiisque sine termino in status sui augmentum congregare. To. 2. pag. 360.

Clerici non sunt domini bonorum Ecclesiasticorum, vel saltem eorum dominium in ipsis est vincularum, seu gravatum onere impendendi superflua in pauperes, seu alias pias causas. Pag. 274. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284.

Ne de his quidem, uti de patrimonialibus, pro libitu disponere possunt, quæ acquirunt celebrando, concionando, seu alias functiones vel actiones Ecclesiasticas exercendo. Pag. 360. n. 69.

Bona, quæ sub alterius dominio fuerunt, per legitimam præscriptionem sic sunt præscribentis, ut bona conscientia ea retinere possit, nec restituere teneatur priori domino, postea comparant. Pag. 371. n. 148. & seqq.

## D O N A T I O.

Donatio acceptata, pro libitu, regulariter loquendo, revocari non potest, etiam res donata nondum sit tradita. Pag. 418. n. 505.

Donare non potest, nisi rei donata dominus, liberam ipsius habens administrationem. Ibidem n. 506.

Uxor, absque mariti consensu, donationes notabiles facere non potest, nisi de paraphernalibus, quorum dominium habet, & administrationem. Pag. 419. n. 507.

Donatio, etiam inter vivos, etiam post traditionem, revocari potest. 1<sup>o</sup>. propter donatarii ingratitude. 2<sup>o</sup>. si in donatorem impias manus injecerit. 3<sup>o</sup>. si ei atroces injurias irrogarit. 4<sup>o</sup>. si donatori grave damnum, vel vite periculum interve præsumpserit. 5<sup>o</sup>. si donatio inefficacia fuerit. n. 505. & 512.

Donatarius, ante Judicis sententiam, restituere tenetur bona, sibi donata in fraudem creditorum. n. 513.

## D U B I U M.

Vide verbo *conscientia dubia*.

## D U E L L U M.

Nunquam licitum est duellum privata autoritate offerre, nec acceptare, etiam prætextu defendendi honorem suum, tantum eo non oblato, vel non acceptato, officium, vel militiam, cum gravi familie detrimento deserere oporteret. To. 2. pap. 300.

Apud Deum, & homines, rectam rationem sequentes, infamiam nullam incurrit, quin potius gloriam & honorem, qui, ut divinis humanisque legibus obediat, duellum injuriatus non offert, nec provocatus acceptat. Ibidem n. 418.

Provocatus ad duellum, hora condita ad locum certaminis se conferre non potest, prætextendo quod eo se non conferat animo duellandi, sed seipsum defendendi. Pag. 301. n. 421.

## E.

## E B R I E T A S.

Ebrietas est excessus in potu, usque ad violentam privationem usus rationis. To. 1. pag. 602. n. 176.

Maliciam ebrietatis incurrit, quisquis, per excessum in potu, voluntarie se privat usu rationis, non naturaliter, uti per somnum, sed violenter, etiam ob voluptatem id non faciat, sed ut amicis satisfaciatur, vel id faciat ex Medicorum consilio, recuperandæ sanitatis prætextu. Eodem n. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. & seqq.

Nec se, nec alium, inebriare licet, ad vitandam mortem, alioque comminatam. n. 186. 187. 188.

Imò nec in casu, quo prodictio civitatis impediri non posset, nisi proditor inebriaretur. n. 192.

Tabernarii, dum animadvertunt nonnullos ex nimio potu inebriari, idque non semel experti sunt, mortaliter peccant, si (propter lucrum suum) potum ipsis recufare non curent. n. 195. & 196.

Nec illi à peccato mortali immunes sunt, qui ex longa multum bibendi consuetudine facti potentes ad bibendum, & vel ideo, vel ex eo quod pharmaco quodam fumos inebriantes distillant, rationis usum non amittunt, vel, si amittant, sciunt sibi suppetere pulverem, rationis usum post breviculum tempus reddentem. n. 197.

Nec à mortali excusabiles sunt Ecclesiastici, vel Religiosi, qui ex nimia potatione in publico titubantes, aliis sunt scandalo, etiam si rationis usum non amittant. n. 201.

Feminae se inebriantes, gravius peccant quam viri, ob incontinentie periculum. Ibidem.

## E C C L E S I A.

Extra Catholicam, seu Romanam Ecclesiam, non est falsi. To. 2. pag. 144. n. 307. & seqq.

Ecclesiam Romanam esse veram Ecclesiam, demonstratur ex eo quod notas habeat veræ Ecclesie, manifestaque signa creditibilitatis. Pag. 149. n. 338. & seqq.

Ecclesia Romana est una. Pag. 150.

Est sancta. Pag. 151.

Est Catholica. Pag. 152. n. 358.

Est Apostolica. Ibidem n. 361.

Romana Ecclesie veritatem amplius demonstrant ipsius antiquitas, indefectibilitas, & gloria miraculorum. Pag. 154.

Nulla Ecclesia, nisi Romana, indicia habet creditibilitatis; imò omnis alia Ecclesia seu Religio, manifesta habet argumenta incredibilitatis. Pag. 156. n. 375.

Specialiter id demonstratur de Lutheranis, Calvinianis, &c. Ibidem n. 378. & seqq.

Demonstratur Ecclesiam Lutheranam, Calvinianam, &c. non esse unam, sanctam, Catholicam, Apostolicam; imò esse Antievangelicam. Pag. 161. & seqq.

Ecclesia Lutheranis, Calvinianis, &c. nullam habet fixam fidei suæ regulam. Pag. 164.

Refellitur privatus Calvinistarum spiritus. Pag. 166.

Sola Ecclesia Romana fixam & indefectibilem habet fidei suæ regulam. Pag. 171. n. 431.

Veram Ecclesiam, controversariamque in ea Judicem, oportet esse visibilem. Pag. 179.

Ipsemet Ecclesia, seu Concilium Generale, simul cum Romano Pontifice, est infallibilis Judex controversarum fidei & morum. Pag. 180. n. 433.

Romanus etiam Pontifex, absque Generali Concilio, est talis Judex. Ibidem n. 439. & seqq.

## E M P H Y T E U S I S.

Emphyteusis est contractus, quo rei immobilis possessio & dominium, non directum, sed utile, transferuntur in alium, sub onere realis pensionis, statuti temporibus solvenda. To. 2. pag. 578.

Dominium istud per emphyteusim transfertur, vel in perpetuum, vel ad tempus, non minus decennio. Illudque per emphyteutam in alium transferri potest, salvo jure domini directi. Ibidem.

Rem emphyteuticam amittit emphyteuta, cum meliorationibus à se factis, si pensionem solvere omittit per triennium. n. 580.

Moribus tamen nostris usitata non est pena ista, sed emphyteuta solum duplicem canonem solvere debet per triennium. Ibidem.

Re pereunte tantum ex parte, emphyteuta remissionem pensionis petere non potest, nisi quantitas pensionis taxata foret proportionaliter ad quantitatem fructuum. Quo casu remissio, vel diminutio peti potest. Pag. 426. n. 581.

## E M P T I O.

Emptio est pactio pretii pro merce. Venditio, pactio mercis pro pretio. To. 2. pag. 432. n. 625.

Emptio & venditio, quoad substantiam, nuda pactioe perficiuntur, licet dominium per eam non transferatur, sed per traditionem, tamquam pactiois effectum, seu executionem. Pag. 433. n. 630.

Cariis vendere, vel vilis emere rem, quam valeat, est secundum se injustum, & illicitum. Pag. 434. n. 644.

Iustum pretium determinandum non est ex sola æstimatione venditoris, sed ex Magistratus præscripto, vel communi hominum intelligentium æstimatione rerum venalium, secundum quod usus, utilitatis, & commoditatis hominum inserviunt, atrenta mercium copia, vel inopia, vendentium periculis, expensis, laboribus in iis comparandis, &c. Ibidem n. 645. & seqq.

Non licet vendere merces ultra latitudinem iusti pretii, ex hoc præcipue quod creditio vendantur. Pag. 438. n. 680. & seqq.

Debitum liquidum, 100. florenorum v. g., seculis titulis lucri cessantis, damni emergentis, vel periculi difficultioris vel nullius solutionis, vilis emi non potest, quam centum florennis. Pag. 439. n. 689. & seqq.

Proxeneris, quibus aliquid vendendum, vel emendum committitur, sibi retinere non possunt, id quod supra constitutum sibi pretium vendiderunt, vel emerunt infra. Pag. 441.

Rei vendita: vitium venditor aliquando tenetur aperire, non semper. Pag. 448.

Variorum ea de re casuum resolutio. Ibidem, & pag. 450.

Venditor privatim sciens rem brevi minus valturam, et que hujus manifestatione, potest eam modo currenti pretio vendere. Pag. 452.



Licitæ est venditio, cum pacto retrovenditionis, servatis servandis. Pag. 454.

**E P I S C O P U S.**

Episcopi, quoad potestatem Ordinis, jure divino Sacerdotibus sunt superiores. An etiam quoad potestatem jurisdictionis? Ea de re in Concilio Tridentino acriter disputatum; in eoque laudata Laynii dissertatio, quæ contendit, Episcoporum jurisdictionem esse à Deo immediate in genere, seu in quibusdam, ut in S. Petro, suisque Successoribus, & in cunctis Apostolis. In reliquis verò Episcopis esse à Deo, & mediante Romano Pontifice. To. 3. pag. 640. n. 46.  
Episcopi sunt Apostolorum Successores. Pag. 216. n. 63.  
Angeli sunt Ecclesiarum, locum Apostolorum tenentes, Ecclesiarum luminaria, Ecclesiarum jure divino Fundatores, Rectores & Doctores. Ibidem n. 62. 63.  
Ipsissima potestas & auctoritas Sacerdotii à Deo data est. Ibid. Legitimi sunt controversiarum fidei & morum Judices. n. 64.  
Sedent in Ecclesiæ throno. n. 67.  
Ab ipsis proinde potius quam à Casuistis, Ecclesiæ traditionique, de dictis controversiis, sensum, post SS. Patres, discernere nos oportet, ipsorumque judicium ac censura magna facere. n. 68.

**E U C H A R I S T I A.**

Eucharistia est verum novæ legis Sacramentum. To. 3. pag. 81. n. 19.

Sacramentum istud Sacramentum non consistit in ipso usu & sumptione, sed in re stabili & permanente. Ibid. n. 23. & seqq.

Materia ipsius est panis triticeus, & vinum de vite. Pag. 81.

Vinum aqua modicâ mixtum esse debet, necessitate præcepti, non Sacramenti. Pag. 84.

Aqua mixta vino, in Christi sanguinem immediate convertitur. Pag. 85.

Materia consecranda per consecrantis intentionem determinari debet, sique physice ac moraliter esse præsens, ut ad sensum pronominis *hoc* & *hic* demonstrari valeat. Pag. 86. & 87.

Hujus Sacramenti forma sunt verba quibus Christus consecravit, dicendo: *hoc est corpus meum* & *hic est calix sanguinis mei*, &c. Pag. 88.

Verba sequentia, *novi & æterni Testamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur in remissionem peccatorum*, sub gravi addenda sunt, licet essentialia non sint. Pag. 89. n. 109.

Sensus verborum, *hoc est corpus meum*, est *hic, hoc contentum sub hac specie panis est corpus meum*. Istorum verò, *hic est calix sanguinis mei*, est, *hoc contentum in hoc calice, sive sub hac specie vini, est sanguis meus*. Ibid. n. 111.

Corpus & sanguis Christi, facti consecratione, verè, realiter, & substantialiter continentur sub speciebus panis & vini. Pag. 92. n. 139.

Catholica ista veritas pro se manifestè habet verba perspicua Salvatoris, hoc Sacramentum instituentis. Ibid. n. 144.

Habet & legitimam Scipturæ interpretationem. Pag. 93. n. 152. & seqq.

Tertio habet Apostolum Paulum, veterisque Testamenti figuras. Pag. 95.

Quarto habet traditionem Patrum omnium, atque octo Conciliorum Generalium. Pag. 96.

Quinto habet perpetuam Ecclesiæ Catholicæ fidem, unanimemque Christianarum Nationum omnium, Orientalium & Occidentalium consensum. Pag. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108.

Sexto habet præscriptionem. Pag. 109.

Septimo Christianam habet rationem. Pag. 113.

Octavo, in contrarium non habent nisi argumenta inania. Pag. 114.

Corpus & sanguis Christi non sunt realiter & substantialiter in Eucharistia per impanationem, sed per veram & realem transsubstantiationem. Pag. 120. & seqq.

Factâ transsubstantiatione, species panis & vini remanent sine substantiali subjecto, sub hisque corpus & sanguis Christi tantum remanent, quamvis ipse remanent. Pag. 125.

Non omnes, qui recipiunt Eucharistiæ Sacramentum, effectum recipiunt ipsius. Pag. 127.

Hujus Sacramenti digne suscepti effectus quinque. Pag. 128.

Dispositiones ad effectus illos recipiendos, vide verb. *Communio*.

Ad iudicandum, num ad sint dispositiones necessariæ ad effectus illos recipiendos, vel an quis habeat gratiam ipsam sanctificantem, non tam habenda est ratio sterilius cogitationum, resolutionum, desideriorum, affectionum momentaneorum ipsius, quam operum, morum, & vitæ. Pag. 143.

Eucharistiam indignè suscepisse probantur, qui post eam, in consuetâ crimina, æque citò ac facillè relabuntur, ut ante. Pag. 147.

Eucharistiæ ac Pœnitentiæ Sacramenta fructuosè recipiendæ citò & facillè in crimina non relabuntur. Pag. 150.

Eucharistiæ perceptio, nec parvulis in voto necessaria est necessitate mediæ, nec adultis in re. Pag. 176.

Eucharistia non solum est Sacramentum, sed & verum ac propriè dictum sacrificium. Pag. 183. in ultima cœna à Christo institutum. Pag. 185. n. 802.

Sacrificiû Eucharistici essentia in sola utriusque speciei consecratione consistit. Ibid. n. 803. & seqq.

Sacrificiû istud est lætreuticum, rogatoriû, propitiatoriû, & impetratoriû, pro vivis & defunctis. Pag. 186.

Effectus ipsius non est infinitus; licet valor ex parte primarii offerentis, reique principaliter oblatae, sit infinitus. Pag. 187. n. 818. & seqq.

Intentio, quæ sacrificiû Missæ fructum applicat Sacerdos, non debet necessariò esse actualis, vel virtualis, sed sufficit habitualis. Pag. 189.

Præcepto divino mandatum est omnibus, curam animarum habentibus, pro oïbus suis aliquando sacrificium offerre. Pag. 198. n. 936. Solemnioribus saltem diebus id faciendum valdè probabile est. Ibid.

Quilibet Sacerdos, etiam animarum curam non habens, neque ex stipendio obligatus, per se, sub gravi culpa, tenetur aliquoties in anno Eucharisticum sacrificium offerre. Ibid. n. 937.

Regulariter loquendo, plusquam semel in die celebrare non licet, præterquam in die Natalis Domini. Ibid. n. 939.

Ad celebrandum sub mortali requiritur altare ab Episcopo consecratum, saltem portatile. Requiritur & altaris ornatus, vasa sacra, vestes benedictæ, ab Ecclesiâ præscriptæ, crux in altaris medio, Minister, &c. Pag. 201. & 202.

Ob nullam causam consecrare fas est unam speciem sine alia. Pag. 203. n. 958.

Sacerdos, in ipsa sumptione deprehendens se loco vini quàm consecrassè, secundum communem sententiam Modernorum, necessariò consecrare non debet novam hostiam, incipiendo à verbis, *qui pridè quàm pateretur*, &c. (uti debet, secundum Rubricas Missalis) sed vinum dumtaxat, incipiendo à verbis, *simili modo*, &c. Ibid. n. 1006.

**E X T R E M A U N C T I O.**

Extrema unctio verum ac propriè dictum est novæ legis Sacramentum. To. 3. pag. 631.

Materia illius est oleum olivarum, ab Episcopo benedictum. Hoc tamen posterius non videtur esse de necessitate Sacramenti; utpote quod à Græcis valdè & licitè confertur cum oleo ab Episcopo non benedicto. Pag. 632. n. 7. & 8.

Minister hujus Sacramenti solus est Sacerdos. Ibid. n. 14.

Sacramentum hoc in Ecclesiâ Latinâ solis administrandum est ægrotis, de quorum morte timetur. Pag. 633. n. 19.

Non est tamen expectandum ultimum vitæ periculum, sed sufficit infirmitas periculosa. Et expedit illud administrari etiam adhuc integra mens & ratio viger. Ibidem.

Non est administrandum, nisi iis qui rationis usum habuerunt. n. 21.

Infirmus periculose laborans, semel tantum unguendus est. n. 26.

Si tamen, post unctionem, periculum evaserit, toties unguendus est, quoties in novum periculum incidit. Ibid.

Lethalis peccati reus est, qui, à Pastore monitus, suscipere negligit hoc Sacramentum. Sicut & Pastor, negligens illud oïbus suis ministrare. Ad quod tenetur etiam cum vitæ suæ periculo. Pag. 634. n. 33. & seqq.

**F A M A.**

Fama suæ homo aliquo modo demeritus est. To. 2. pag. 360.

n. 72. in quantum scilicet in arbitrio ipsius est, pati detrimentum ipsius, nisi id vergat in alterius detrimentum. Ibid.

Cura habenda est honoris & famæ, veræ & christianæ, quæ homo probus distinguitur à criminoso, fidelis ab infideli, &c. fundatæ proinde in virtute & probitate christiana: non cura famæ mundanæ, vanæ, & fatuæ, quam mundani homines ponunt, in sequendo diabêlicas mundi maximas, patientiæ & mansuetudini, aliisque Christianis virtutibus inimicis, diviniſque & plerumque etiam humanis legibus adversas, v. g. in repercutiendo percutientem, in acceptando vel offerendo duellum, in occisione uxoris adulteræ, in sumenda de injuriatore vindicta, &c. Pag. 360. n. 418. Pag. cliv. n. 114. & seqq. usque ad num. 146.

**F E S T O R U M O B S E R V A N T I A.**

Præter Dominicum diem, Ecclesiæ auctoritate instituti sunt dies festi, in honorem Christi, B. Virginis, & Sanctorum: in quibus tria sunt quæ considerare debemus, auxilium Sancti, exemplum ejus, confessionem nostram. To. 2. pag. cxvii. n. 26 & 3.



Præcepto sanctificandi festa, eorum profanatio prohibetur per opera servilia, & sanctificatio præcipitur, per Missæ auditionem, & alia pietatis opera. Pag. cxvij. n. 4. Et pag. cxij. n. 28. & seqq.

Servilia opera, diebus festis prohibita, recensentur. n. 7. & seqq.

Venationes tunc prohibentur per varia Concilia. n. 6.

Barbitonfores prohibentur barbam tondere. n. 7.

Pictores pingere. n. 9.

Choreas, & theatrales representationes prohibent SS. Patres. n. 11.

Omnia peccata mortalia, præsertim luxuria, graviora sunt ex circumstantia diei festi. n. 18.

Pietas, & iusta necessitas opera quædam servilia permittit diebus festis. Pag. cxij. n. 24. & seqq.

Error est putare, quod sabbathi, seu diei festi, & Domini sanctificatio nihil aliud à Christianis exigit, nisi cessationem ab operibus servilibus. Pag. cxij. n. 28.

Nec probanda est opinio, dicens, præceptum de sanctificandis diebus festis, à fidelibus non exigere alium divini cultus actum, nisi Missæ auditionem. Ibid. n. 29.

Igitur festis diebus, præter Missæ auditionem, vacandum orationibus, aliisque pietatis exercitiis, vel saltem assistendum pro posse divinis officiis. n. 30. & seqq.

Graviter peccat, saltem intra lineam peccati venialis, qui festis diebus Missam audit non deposito affectu peccati mortalis. Pag. cxiv. n. 42. & seqq.

#### F E U D U M.

Differt ab emphyteusi, quod feudatarius non teneatur ad realem pensionem, sed ad obsequium personale. Est enim contractus, quo dominium non directum, sed utile, & possessio rei immobilis transfertur in alterum, sub onere fidelitatis, obsequiique personalis. To. 2. pag. 424. n. 577. 578.

#### F I D E J U S S I O.

Fidejussio est alienæ obligationis susceptio, suscipientem obligans ad eam implendam, si à debitore principali non impleatur. To. 2. pag. 424. n. 569.

Fidejussor regulariter conveniri non potest, nisi convento prius principali. n. 570.

Graviter peccat, qui pro eo fidejuberet, quem scit non esse solvendo, nec fe etiam esse solvendo in defectum ipsius. n. 572.

Debitor principalis fidejussori tenetur de damno ipsi proveniente ex eo quod conditio tempore non solvat. Ibid.

#### F I D E S.

Fides est virtus, quæ firmiter assentimur iis quæ non videntur, ob Dei revelantis auctoritatem. Tom. 2. pag. 91. n. 1.

Ad eam necessarius est pius voluntatis affectus erga Dei revelantis auctoritatem. Pag. 92. n. 3.

Fides actualis, omnibus adultis, etiam in infantia baptizatis, in re, & non solum in voto, necessitate mediæ necessaria est ad salutem: sicut & peccatoribus ad justificationem. Pag. 93. & seqq.

Adultis omnibus, eadem necessitate, ad justificationem & salutem, necessaria est fides explicita Dei existentis, & remuneratoris, Christi, seu Incarnationis, & SS. Trinitatis. Pag. 108. & seqq.

Etiams fides explicita Christi Passionis & Resurrectionis, ipsis necessaria est necessitate mediæ. Pag. 113. n. 114.

De fidei actu datur speciale præceptum, ratione sui obligans, non semel dumtaxat in vita, sed frequenter. Pag. 117.

Ad obligationem istam necessaria est sufficiens propositio fidei. Pag. 118. n. 140.

Quinque requisita ad sufficientem fidei propositionem, prudentemque assensum. Ibid. n. 142.

Quinque illa requisita longè excellentius reperiuntur in assensu fidei Catholice, quam in quocumque alio assensu, propter auctoritatem humanam. Pag. 119. n. 148. & seqq.

Explicatur sufficiens propositio fidei. Pag. 120. n. 153. & seqq.

Declarantur fidei ac doctrinæ capita credenda & scienda necessitate præcepti. Pag. 115. n. 130. & seqq.

Ultra præceptum fidei internæ, duplex datur præceptum illius externis consistendæ. Pag. 123.

Declarantur circumstantiæ, in quibus præceptum istud obligat. Pag. 125.

Confessio fidei tunc fieri debet sincerè, absque ulla æquivocatione, contrariæque religionis simulatione. Pag. 127.

Enarrantur casus, in quibus censetur, vel non censetur quispiam fidem negare. Pag. 129.

Grave peccatum est, non solum coram infidelibus Christum erubescere in materia fidei, sed & coram Catholicis in materia morum. Pag. 132.

#### F I L I I.

Filii 4<sup>o</sup>. Decalogi præcepto tenentur honorare parentes. To. 2. pag. cxv.

In hoc præcepto, parentum nomine ad litteram præcipi intelliguntur ii qui nos genuerunt. Aliquo etiam modo Reges ac Principes nostri, ceterique Republicæ Rectores. Illi etiam quorum directio & instructio commissa sumus. Ac denique senes, de quibus Levit. 19. *honora personam suam*. Ibid.

Ab honore parentibus debito filii non excusantur eo quod sint defectuosi. Pag. cxvij. n. 11.

Contra quartum Decalogi peccant, qui parentes derident, qui ipsis maledicunt, qui optant ipsis mortem ad capiendam ipsorum hereditatem, qui ipsis in indigentia non succurrunt cum possint, & maxime qui in ipsos manus injiciunt. Pag. cxvij. n. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

Religiosus professus, cum jam sit mortuus mundo, solentia est à lege, quâ in mundanis obsequiis parentibus tenebatur. Pag. cxix. n. 21. 22.

Ille autem, qui Religionem nondum intravit, si videt se posse in seculo conversari absque peccato mortali, & sine ipsius obsequio parentes nullo modo vivere possunt, tenetur eis servire, & parentes non dimittere. Si vero sine eius obsequio possint aliquoties sustentari, licet non honorificè, non propter hoc tenetur Religionis ingressum prætermittere. Ibid.

Filii debent parentibus obedire in omnibus quæ pertinent ad disciplinam vitæ, & curam domesticam. Pag. cxix. n. 27. 28. 29.

Non tenentur tamen ipsis obedire in iis quæ concernunt suam vitæ eligendum. Ibid. n. 30.

Neque Ecclesiastici parentibus obedire tenentur, in disponendo de bonis ecclesiasticis: quia eorum administrationem parentes non habent; etiam dum adhuc sub patria sunt potestate. Pag. cxix. n. 37. & 38.

A mortali non excusantur filii & filie, inconsultis parentibus nubentes. Pag. cxix.

#### F U R T U M.

Furtum est occulta acceptio rei alienæ, domino rationaliter invito. To. 2. pag. ccij. n. 1.

Dividitur in simplex & qualificatum. Quod subdividitur in sacrilegium, plagium, abigeatum, & peculatum. n. 6.

Sacrilegium est furtum buræ divinis, in Ecclesia orantis. n. 8.

Furtum & rapina, peccata sunt ex genere suo mortalia. Pag. ccij. n. 10.

Eri valde difficile, si non impossibile sit, definire quantum præcisè furti quantitas mortalis sit, furtum unius auri, seu ducatonis, valde probabiliter æstimatur mortale, à quocumque surripiatur, etiam à Rege. Pag. cciv. n. 20.

Duo etiam regales, id est decem altes belgici, valde probabiliter sufficiunt ad furtum mortale, sive à communi Civie, sive ab homine ditissimo, etiam à Rege surripiantur. Ibid. n. 21.

Quantitas parva respectu divinis, esse potest magna respectu pauperis, si utique pauper, à mane in seram noctem laborare debeat, ut eam quantitatem acquirat. Pag. ccv. n. 24.

Tametsi Doctores majorem, ad furtum mortale, quantitatem requirant in filiis, quam in extraneis; à mortali nihilominus excusandi non videntur filii, parentibus divitibus sustentantes duos vel tres aures. Ibid. n. 26.

De Religiosis, surrantibus de bonis Monasterii, philosophandum non est uti de filiis secularibus. Quia inter filios Religiosos, & seculares est differentia magna. Pag. ccv. n. 32.

In ipsis proinde ad mortale sufficit ea quantitas, quæ sufficit in secularibus non filiis. Ibidem.

Religiosi tamen esculenta & poculenta ad usum suum surripientes, licet notabilem sæpè indecentiam committant, contra religiosam perfectionem, & de mortali juxta Suarez facile dammandi non sunt, nisi res illas in valde magna quantitate surripiant, non ad unum actum comedendi, &c. sed ut occultè retentas paulatim consumant. n. 33.

Varij casus, in quibus mortale est repetitis vicibus sic furari modica, ut inde exurgat quantitas magna. Ibid. n. 34. & seqq.

Famuli & famulæ domesticæ non possunt heris occultè surripere, ad componendam operam suam, quam exulimant majorem salaria quod accipiunt. Pag. ccix. n. 45. & 50.

Occulta compenatio, licet (servatis servandis) speculativè licita, in praxi non facile est permitteuda. Ibid. n. 53. & seqq.

Non furatur, qui in extrema necessitate surripit alienum. Sed hoc ad necessitatem gravem indefinitè non est extendendum. Pag. ccxj.

#### G.

#### G A B E L L A.

Gabella justæ in conscientia solvendæ sunt, non destrucendæ. To. 2. pag. 18. n. 100. & seqq.

Publicani, per contractum emptionis, jus sanctum accipiunt.



runt ad illas. Pag. 19. n. 104.

Eas proinde defraudantes tenentur ad restitutionem. Ibidem.

Etiã illi, qui se suprâ alios, suæ conditionis, gravatos existimant, gabellam totam solvendo. Pag. 20. n. 113.

Non satis attendunt ad publicas Reipublicæ necessitates, qui de gabellarum, tributorum & vectigalium iniusticia conqueruntur. Pag. 19. n. 19. & seqq.

## G A U D I U M.

Horrorem piis auribus incurit damnata ista propositio: *Licitum est filio, gaudere de parricidio parentis, à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.* To. 2. pag. cxxvij. n. 15.

Et ista propositio iure damnata est: *Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicuius trislaris, & de illius morte naturali gaudere... non ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.* Pag. 261. n. 208. & seqq.

## G R A T I A.

Gratia, prout in nobis, est quodecumque Dei beneficium, sive internum, sive externum, etiam quoad entitatem naturale, nobis per misericordiam Dei collatum ad salutem. To. 1. pag. 354. n. 8. 9. & 10.

Alia est habitualis, per quam homo formaliter fit justus & sanctus. Alia actualis, quæ (si fit interior) est motus interior, quo anima movetur ad aliquid pium & salutare cognoscendum, vel volendum, vel agendum. Si exterior, est ipsum externum beneficium, quatenus per gratitiam Dei misericordiam ad salutem nostram ordinatum. Pag. 355. n. 17.

Gratia actualis rursus alia est efficax, quæ dat velle & perficere; alia sufficiens. Quæ, si fit absolute sufficiens, illa est præter quam alia non requiritur ad effectum, ad quem dicitur sufficiens. Si non fit sufficiens nisi secundum quid, illa est præter quam alia non requiritur, eo in genere, in quo sufficiens dicitur, v. g. in genere prædicationis, vel alterius instructionis externæ.

Gratia absolute sufficiens, alia est absolute sufficiens ad posse, præter quam alia non requiritur ad posse. Alia absolute sufficiens ad agere, præter quam alia non requiritur ad agere. Et hoc modo nulla gratia, in hoc statu naturæ corruptæ, est absolute sufficiens, nisi sola gratia per se efficax. Pag. 356. n. 19.

In hoc statu naturæ corruptæ nullum actum usquequaque bonum homo efficere potest absque auxilio gratiæ actualis. Pag. 364. & seqq. usque ad 387.

Variæ Ludovici Molinæ propositiones, divinæ Scripturæ, Concilii, & S. Augustini doctrinæ adversantes, quibus liberum arbitrium plus iusto esset, gratiamque deprimit. Pag. 387. & seqq.

Huiusmodi est propositio ista: *facienti quod in se est viribus naturæ, Deus non denegat gratiam.* Pag. 392. & seqq.

Bona voluntas hominis, gratiam non præcedit, sed subsequitur. Alias gratia ex merito datur. Quod damnatum est in Pelagianis. Pag. 398. & seqq.

Nulla Dei, etiam ut Authoris naturæ, propter se dilectio, etiam imperfecta, ab homine lapsa esse potest per naturam, sed à Deo per gratiam. Pag. 401. & seqq.

Specialiter refellitur opinio, dicens, hominem lapsum, solis naturæ viribus, posse Deum super omnia diligere, ut Authorem naturæ. Pag. 404. & seqq.

Ad diligendum Deum propter se, & ad quemcumque actum usquequaque bonum, necessaria est gratia per se efficax, non sufficit gratia Molinistice sufficiens. Pag. 408. & seqq.

Necessitas illa gratiæ per se efficax, 1. ducit ad humilitatem; contraria ab ea abducit. Pag. 418.

2. ducit ad spem; contraria potius ad desperationem. Pag. 419.

3. ducit ad timorem salutarem; contraria ad præsumptionem.

4. ducit ad orationem & gratitudinem; contraria ad ingratiitudinem, & orationis neglectum. Pag. 420.

5. accendit charitatem erga Deum; contraria eam frigidiores reddit. Pag. 421.

6. singularem excitat pietatem erga Salvatorem: se-  
Tom. III.

cus contraria. Pag. 422.

7. provocat ad proximi charitatem, mansuetudinem, aliasque virtutes; contraria non sic. Ibidem.

8. inducit ad pœnitentiam, fugamque peccati; non sic contraria. Pag. 423.

9. omnes excitat ad officium suum sedulo obeundum; contraria ad torporem inclinat. Ibidem.

In statu naturæ lapsæ non datur gratia Molinistice sufficiens. Pag. 424. & seqq.

Eodem in statu non datur omnibus, etiam urgente præcepto, gratia sufficiens; sed ea aliquibus iusto Dei iudicio subtrahitur, saltem ad tempus. Pag. 429. & seqq. ubi id multifariam ostenditur ex Scriptura & Patribus.

Ex Scriptura, Patribus, & rationibus Theologicis specialiter demonstratur, eam omnibus non dari infidelibus, obduratis, & excæcatis, eo in statu. Pag. 435. & seqq.

Ex doctrina asserente, gratiam Molinistice sufficientem omnibus non dari, optima profuunt consuetaria; pessima verò ex opinione, eam peccatoribus omnibus tribuente. Pag. 438. & seqq.

Gratia sufficiens, omnibus actu data, 1. necessaria non est ad hoc ut sua peccatoribus peccata in seipsis sint impetabilia. Pag. 441. & seqq.

2. nec ad salvandam libertatem. Nec 3. ad salvandam absolutam mandatorum divinatorum possibilitatem. Pag. 449. & seqq.

4. nec ad salvandum quoddam Deus vult omnes salvos fieri. Pag. 464. & seqq.

5. nec ad salvandam Christi mortem pro salute æterna omnium. Pag. 469. & seqq.

Primo ergo omnino profitemur, nulla Dei mandata impossibilia esse iustis volentibus & conantibus, secundum præsentem quas habent vires, nec ipsis deest gratia quæ possibilia sunt. Pag. 475.

Secundo, interiori gratiæ, in statu naturæ lapsæ, aliquando, imò sæpe resistit. Pag. 417. n. 374. Et pag. 424. n. 393.

Tertio, ad merendum & demerendum, in statu naturæ lapsæ, requiri in homine libertatem à necessitate; non sufficere libertatem à coactione. To. 1. pag. 203. n. 17.

Quarto, hæreticum non esse, imò verissimum, gratiæ, etiam efficaci, humanam voluntatem posse resistere, vel obtemperare. Ibid. pag. 204. & seqq. Et pag. 416. n. 373.

Quinto, verissimum esse, non Semi-pelagianum; dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse, non pro salute dumtaxat prædestinatorum. Pag. 460. n. 369.

Contrarias verò propositiones quinque, Innocentius X. Alexander VII. & S. D. N. Clemens XI. velut hæreticas, &c. iustissime damnarunt, cumque ipsis Theologia nostra Sanctorum, prout ipsi damnant, omni cum sinceritate, toto corde & ore ipsa damnat, reprobat, detestatur. Ipsorum namque Constitutionibus omnimodam submissionem ab Orthodoxis omnibus esse debitam docet. Pag. 115. n. 3. Et pag. 450. n. 336. Unde & iisdem opponit quinque articulos, ab Alexandro VII. approbatos. Pag. 304. & 305.

Et non solum iustis volentibus & conantibus, sed & iisdem non volentibus, nec conantibus, sed velle & conari negligentibus, imò & de se præsumptibus, in peccatumque istius negligentis ac præsumptionis, gratiæ actuali, ad vincendam tentationem necessariâ, iuxta doctrinam Sanctorum subinde destitutis, nulla Dei mandata esse impossibilia, Theologia nostra, seu Sanctorum, docet. Pag. 475. & seqq. Et ne ipsi quidem iniustis, seu peccatoribus, omni gratiâ destitutis, Dei mandata absolute & simpliciter esse impossibilia. Pag. 450. & seqq.

Gratia per se efficax, in statu naturæ lapsæ, æquè necessaria est ad orandum, quam ad agendum. Pag. 486.

Deo nunquam imputandum est, quod iustus, gratiâ ex se efficaci (licet ad vincendam actu tentationem necessariâ) destitutus, tentationi succumbat. Quia prima istius destitutionis causa semper est in homine peccatum, actuale, vel originale. Pag. 489. & seqq.

Totam hanc de gratiâ doctrinam confirmant celebres Censuræ, Lovaniensis & Duacensis, per S. Officium sub Innocentio XI. approbatæ. Pag. 303.



## G U L A.

Gula est inordinatus appetitus edendi & bibendi. To. 1. pag. 599. n. 154.  
 Est peccatum ex genere suo mortale. Ibid. n. 155.  
 Dividitur in crapulam, seu comestationem, & ebrietatem. Ibid. n. 156. De ebrietate vide verbo *ebrietas*.  
 Crapula est comestatio, quâ quis ad vomitum comedit & bibit. Eam, licet ad vomitum quispiam se provocet, ut amplius edat & bibat, absque scandalo, & notabili famitatis damno, mortalem non esse, Juniores aliqui dicunt. Sed hoc non videtur probabile. Pag. 600. n. 157.  
 Gravem excessum, non solum in potu, sed & in cibo, mortalem esse, ex Scriptura probatur. Ibid. n. 160.  
 Filiz gulæ sunt inepta læticia, securilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis. Pag. 601. n. 167.  
 Sacrilega securilitas est, divinæ Scripturæ verbis & sententiis uti ad securilia, fabulosa, vana, &c. Pag. 602. n. 173.

## H.

## H E R E S I S.

**H**eresis (si sit formalis, non materialis duntaxat) est error voluntarius, & pertinax, contra fidem, in eo qui se Christianum proficitur. To. 2. pag. 136. n. 248.  
 Peritiam esse de ratione ipsius, ostenditur ibidem n. 251.  
 Peritiam illa consistit in eo quod sciens & volens quis amplectatur errorem, Catholice fidei, sibi sufficienter proposita, repugnantem. Ibid. n. 252.  
 Hæresis est ex genere suo maximum peccatum, in genere infidelitatis. Pag. 137. n. 253.  
 Quisquis errorem sic tractet, ut paratus sit iudicium suum Ecclesiæ judicio submittere, non est formaliter hæreticus. n. 254. Nec ille qui errat in fide ex ignorantia, etiam mortaliter culpabili, animo tamen parato ad credendum, quod Romana credit Ecclesiæ, si ei sufficienter proponatur. n. 255.  
 Errantes contra fidem ex ignorantia, affectata ex solo addiscendi rædjo, animo tamen parato, &c. non sunt formaliter hæretici. Secus, si ignorantiam affectent ex contemptu Ecclesiæ, ita ut non curent, sed spernant scientiam dogmatis Ecclesiæ, quia sic dispositi sunt, ut non crederent, licet illud scirent. n. 257.  
 Probabile est, in partibus hæreticorum, ubi nullum est publicum Catholicæ Religionis exercitium, in nonnullis solum materiale esse hæresim, quam à parentibus fuxerunt. Eo quod res fidei non sint ipsis sufficienter propositæ. Pag. 138. n. 260.  
 Illi tamen formaliter hæretici sunt, qui Ecclesiæ Romanæ credere nolunt, nisi prius argumentis convincantur. n. 261.  
 Positivè dubitans de veritate fidei, quam scit ab Ecclesiæ definitam, est formaliter hæreticus. n. 262.  
 Non sic negativè dubius, si propterea iudicium suspendat, quia Ecclesiæ definitio non est ipsis sufficienter proposita. n. 263.  
 Hæretici formales excommunicati sunt, excommunicatione majori, per Bullam Cœnæ S. Pontifici reservatâ; privatique Ecclesiasticâ sepulturâ, & omni jurisdictione Ecclesiasticâ, omni dignitate, honore, beneficio & officio Ecclesiastico, & ad omnia beneficia inhabiles, irregulares, & infames, infamiâ juris. Pag. 139. n. 267. Puniantur insuper peccatâ mortis & confiscatione bonorum, per leges imperiales, & per varios Canones privantur jurisdictione & officio temporali; subditique ipsorum abolvantur à debita ipsis fidelitate. Ibid. n. 266.

## H Y P O T H E C A.

Hypotheca & pignus in eò solum differunt, quod pignus sit res mobilis; hypotheca immobilis, obligata pro debito, ad ipsius securitatem, ut ex illa haberi possit solutio, si aliunde deficiat. To. 2. pag. 425. n. 576.

## H O M I C I D I U M.

Solâ Dei autoritate hominem occidere licet. To. 2. pag. cxliij. n. 10. & seqq.  
 Malefactores, Reipublicæ noxii, etiam pro solo furto, à Magistratibus licitè occiduntur. Sicut & hostes à Principibus, in bello iusto. Pag. cxlv.  
 Fas non est, privatâ autoritate occidere injustum in-

forem vitæ. Pag. cxlvi. n. 27. & seqq.  
 Multo minus injustum inraforem bonorum temporalium. Pag. cl. n. 58. & seqq.  
 Nec injustum inraforem pudicitiz. Pag. clv. n. 94. & seqq.  
 Nec injustum inraforem honoris & famæ. Pag. clvi. clvii. & clviii.  
 Rejiciuntur extortitantes propositiones de homicidio. Pag. cxliij. & cxliv.  
 Malefactor seipsum interficere non potest, ne publicâ quidem autoritate. Pag. cxlvij. n. 168. & seqq.  
 Innocentem directè & per se occidere, nunquam licet. Pag. cxlix.  
 Neque ipsi Judici fas est capitis damnare probatum in iudicio nocentem, quem privatâ scientiâ cerò scit innocentem. Pag. cxlxj. & seqq.  
 Se, vel alium, munitare solum licet quando necessarium est ad salutem totius. Pag. cxlxij.

## H O R E C A N O N I C E.

Ad eas sub mortali tenentur beneficiarii omnes, etiam in sacris non existant. To. 2. pag. xiv. n. 79.  
 Omnes item Clerici, existentes in sacris, saltem post annos pubertatis. Pag. xv. n. 80. & seqq.  
 Religiosi ad Chorum professi, etiam in sacris non existentes, sicut & Moniales ad Chorum similiter professæ, seculo specialî Ordinis sui Instituto, vel Apostolicâ dispensatione, sub mortali ad eas, etiam extra Chorum tenentur. Pag. xvi. n. 91. & seqq.  
 Nec contraria paucorum Novatorientium opinio prædicè probabilis est. Ibidem.  
 Ad eas quoque extra Chorum recitandas, sub mortali tenentur virgines Collegiales, quæ in Belgio & Germania Canonice vocantur, dum eas à Choro adlectores esse contingit. Pag. xxij. n. 118. & seqq.  
 Qui ex beneficio ad eas tenentur, ex iustitia tenentur; sub obligatione proinde restitutionis, si omittant. Qui vero solum tenentur ratione sacri Ordinis, vel religioz professionis, ex sola religione tenentur. Ibid. n. 120. & seqq.  
 Datur in ommissione parvitas materiæ, vel scilicet media pars horæ parvæ, vel d. g. aut tres Psalmi. Ibid. n. 122.  
 Mortale est loco Officii dici assumere aliud notabiliter differens ab illo, vel notabiliter brevius. Pag. xxij.  
 Non est liberum recitare ex quovis Breviario, sed recitandum ex Breviario ab Ecclesiâ, consuetudine loci, vel ab Ordine præscripto. Pag. xxiv.  
 Ex iusta causa, v. g. incineris, vel occupationum legitimarum, licitum est horas usque ad Vesperas manè recitare. Idem de Vesperis & Completorio puerilium Doctoribus videtur. Sed id incertum, saltem seculo privilegio. Pag. xxv. n. 142.  
 Horas in tempus vespertinum differre, eo prætextu quod matutinum aptius sit studio, permittit Sanchez; sed non videtur probandum. Ibid. n. 143.  
 Martinum cum Laudibus legendum est, antequam Sacrum legatur, nisi causa rationabilis excuset. Pag. xxvj. n. 144.  
 Abique causa horarum ordinem invertere in privata recitatione, communi Doctorum iudicio non videtur nisi veniale.  
 Per involuntariam distractionem dubius an omnia dixerit, si reperiat se in fine Psalmi, vel horæ, & timorata sit conscientia, juxta S. Franciscum Salesium non debet recitare, nisi ipsi constet de omissione. Pag. xxvij. n. 154.  
 Qui non utuntur Breviario Romano, sed proprio alioque Divinis, vel Religiosis, in privata recitatione probabilis tenentur ad Officium parvum B. Virginis, Officium defunctorum, Psalmos Graduales, Pœnitentiales, & ad Litaniâs majores, diebus in Breviario præscriptis. Eo quod sint pars Officii Canonici, ex communi sensu Maiorum, & consuetudine, quæ est optima legum interpret. *Communis enim consuetudo est, ut Officium B. Virginis, &c. computetur inter horas, ait Sylvester verbo hora §. 6. Erit illa opinio Doctorum longe graviorum.* Pag. xxxiv. n. 196. & seqq.  
 Febri, seu morbo leviter laborantes, non excusantur ab horis. S. Carolus cum Concilio Mediol. IV. Pag. xxxvj. n. 207. Febri proinde tertiana vel quartana regulatur non excusatur. Ibidem.



Ille qui (ex febrili paroxismo v. g.) prævidet futurum, ut suo tempore non possit horas recitare, tenetur prævenire, horas vespertinas v. g. mane recitando. n. 214.

Impotens ad majorem Officii partem, tenetur ad minorem, cujus est potens. Pag. xxxvij. n. 212.

Non potens horas recitare solus, bene cum socio, ad hoc tenetur, si socium habere possit. Ibid. n. 213.

Nec excusantur Concionatores, quotidie concionem habentes, nec Confessarii tempore Jubilee multitudinem penitentium obtriti. n. 215. & 216.

Nec probanda opinio, legitime occupatum usque ad meridiem excusans ab horis matutinis. n. 217.

Prælati Ordinum Mendicantium, plurimorumque aliorum Ordinum, privilegium habent, cum subditis suis infirmis, senibus, valetudinariis, scrupulosis, &c. super horis recitandis dispensandi, in dubio de sufficientia causa: Sicut & his satisfaciendi, recitando aliquos Psalmos, vel id quod suis Confessariis rationabile visum fuerit. Pag. xix. n. 108. & pag. xxxvij. n. 210.

I.

## JEJUNIUM.

Jejunium Ecclesiasticum in tribus consistit, 1. in abstinentia à certis cibis. 2. in abstinentia à pluribus refectonibus. 3. in certa refectonis hora. To. 2. pag. cccxxvj. n. 2.

In abstinentia carniū datur materia parvitas, sed tam aliqui nimis laxè determinant ad dimidium carnis unciam. Diana determinat ad octavam unciæ partem, sed an ea absque mortali sumi possit, incertum est. Unde qui eam contemnerit, confiteri debet, tanquam de mortali dubio. Quomodo & se accusare debet, qui facit aliquid illicitum, quod an mortale sit, an non, proflus incertum est. n. 3.

Ubi consuetudo est abstinentiæ ab ovibus & lacteiniis in Quadragesima, sub mortali servanda est. Pag. cccxxvij. n. 7.

Cœnulam diebus jejunii consuetudo permittit, sed mensuram ipsius periculosè juniores aliqui pro suo quique arbitrio determinant; alii tres, alii quatuor, alii octo cibi uncias. Tutius sumitur quantitas minor quam major. *Panis unciam cum dimidia* S. Carolus assignat. n. 9. & 10. Nec tamen hoc scrupulosus sit accipiendum, ut culpandus sit, qui paulo plus sumit; uti nec qui in Belgio nostro, cum modico panis, butyrum, caseum, pisciculos in modica sumit quantitate. Sic enim pistorum habet consuetudo, quæ cœnulam introduxit. Turò proinde practicabilis, in locis ubi talis est pistorum consuetudo. Pag. cccxxvij. n. 8.

Refectonis hora hodie est meridies vel circiter. Nec notabiliter anticipari potest absque mortali. Nam qui nimis non absterit anticipat, *jejunium solvit*, ait S. Thomas. Ibid. n. 11. & seqq.

Prorsus improbanda est opinio, dicens, eum qui manè, iusta vel injusta de causa prandium sumpsit, non teneri amplius eo die jejunare. Pag. cccxxix. n. 16. & 17.

Robusti, & cibus vilioribus assueti, in die jejunii non habent nisi carnes, eas comedere non possunt, si saltem panem habeant. Ibid. n. 20.

Iusta de causa dispensatus super carniū esu, eo ipso dispensatus non censetur super pluribus refectonibus. n. 21.

Impotens ad jejunium totius Quadragesimæ, æternis diebus, vel bis aut ter in hebdomada jejunare debet, si ad hoc non desint vires. n. 22.

In illis diebus, quibus ova & lacteiniæ permittuntur, pinguedo & lardum non permittitur. Nec lardum illis diebus, quibus pinguedo, & jaseculum permittitur, ut sabbatinis diebus in quibusdam Brabantia & Hannoveria locis consuetudo permittit, dum non est jejunium Ecclesiasticum. Pag. cxxi. n. 27.

Pueris, necdum adeptis usum rationis, in die jejunii carnes ministrari possunt. Ibid. n. 30.

Ille qui per secundam refectonem jejunium violavit, adhuc peccat per tertiam, quartam, &c. n. 31.

Mortale est, in die jejunii, manè prandium sumere, absque iusta causa. Pag. cxxi. n. 36.

A mortali non excusantur Caponarii, die jejunii cœnam ministrantes ad jejunium obstrictis, quos sciunt prandium meridie sumpsisse. Ibid. n. 37. Sicut & illi, qui hospitibus & viatoribus, non dispensatis, versis in Quadra-

gesima cibos apponunt. Ibid.

Quamvis Ecclesia hodie non prohibeat potum, necessarium ad sitim sedandam, extra refectonis horam: hinc tamen inferendum non est, jejunium nunquam solvi per potum. Solutum enim per cœnæviam valde crassam, multumque substantiosam, per hypocras, per chocolatam, sumptam extra horam refectonis. Pag. cxxlij. n. 44. & seqq. Siffatum istud, malè intellectum, *liquidum non frangit jejunium*, januam aperit laxitatis non ferendis. n. 47. 48.

Bene valentibus & robustis non licet manè modicum sumere jentaculum, sed solis debilibus, quibus Medici judicant necessarium. Pag. cxxlij. n. 51.

In die jejunii, nec in Germania, nec alibi licet prandium, ad tres vel quatuor horas protrahere. Ibid. n. 53.

Jejunii meritum perdunt, qui die jejunii varia gulæ in cibis & liquoribus irritamenta exquiritentes, negotium non agunt domandæ carnis, imò potius voluptatis. n. 56.

In Quadragesima, aliisque jejuni diebus, juxta SS. Patres, & Canones, Christiani hominis officium postulat abstinentiam à petitione debiti conjugalis. Pag. cxxlii. n. 58. & seqq.

Nimis laxa, imò ridicula est opinio, à jejunio excusans maritum, præcedentem, se uxori condormire non posse, simul & jejunare. Sicut & uxorem, non valentem se gratam servare viro, ob maciem, se puellam habere volentem, si ex continuato Quadragesimæ jejunio speciositatem vultus sic minueret, ut de facie, extra suum morem, notaretur. Pag. cxxiv. n. 70. & 71.

A jejunii observantia tres causæ excusant, labor necessarius, infirmitas & ætas cum jejunio incomparabilis. Pag. cxxlv. n. 73. Si tamen peregrinatio & labor commode differri, vel diminui possit, non sunt propter hoc jejunia prætermittenda. S. Thomas ibidem.

Ratione ergo laboris non excusantur omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, nec Typographi, Scribæ, Notarii, Procuratores, Advocati, Consiliarii, Judices, nec Musici, Sartores, Barbitonifores, Pictores, nentes, fila ducentes, &c. Ibid. & n. 74. & seqq.

Nec omnes facientes iter trium, quatuor, aut quinque leucarum belgicarum (seculis circumstantiis, v. g. magni ætatis, viæ valde arduæ, à persona delicate complexionis percurrendæ), prout nonnulli censent, absque alio fundamento, quam ab trio suo. Sed soli illi, qui labore, vel itinere ita affliguntur, ut simul cum jejunio iter, vel laborem necessarium perficere non possint. Ibid. n. 78. Et pag. cxxlvij. n. 79.

Qui dormire nequit, nisi sumptâ cœnâ, non excusatur à jejunio, si isti incommodo obviare possit, meridie collationem, vespere cœnam sumendo. n. 80.

Neque excusantur venatores, absque necessitate, pro solo beneplacito, multum in venatione laborantes. n. 82.

Nec a jejunii lege excusat absque mortali impossibilitate, sola jejunandi difficultas, quæ v. g. fit, ut Scholasticus jejunando non ita commode studeat, femina servilia opera nonnulli difficulter faciat, &c. n. 83.

Excusatur tamen, qui adeo laborant, plures v. g. conciones eadem die habendo, confessiones totâ die, vel majori parte diei audiendo, infirmis totâ nocte, vel majori illius parte assistendo, totâ etiam die in eorum servitio se fatigando, &c. ut piis illis functionibus (jejunio per se melioribus) vires ipsi multum exhauriantur. n. 84.

Ob solam tamen peregrinationem, licet piam, si commode differri possit, solvendum non est jejunium; multo minus ob fatigationem magnam ex labore, nec pio, nec necessario, sed prorsus voluntario, v. g. ex lusu pila. Ibid.

Ratione ætatis (juxta S. Thomam) pueri ut plurimum excusantur usque ad annum vigesimum primum completum, licet adolescentes Religiosi ad jejunia sibi per Regulam præscripta vi religio æ suæ professionis obligentur; qui tamen mortaliter non peccant, jejunia Ecclesiastica non servando, nisi sub mortali per Regulam injungantur. P. cxxlvij. n. 87.

Conveniens tamen est, ut adolescentes, etiam non Religiosi, ante annum vigesimum primum completum, se ad jejunandum exercent plus vel minus, secundum modum suæ ætatis, ut dicit S. Thomas: maxime cum non raro, ante tempus istud, esse desinant in statu augmenti; quæ solâ ratione excusantur, & validi sunt. Et ut excusentur à jeju-

A 2222 2



nii lege Ecclesiastica, certè non à lege naturali, quæ tenentur ebullientes malas concupiscentias per jejunium refrænarè, juxta Confessarii prudentis arbitrium. Ibid. n. 88.

Ad senes quod attinet, si sunt multum debiles, excusantur ut infirmi; non ita, si sunt fortes & vegeti ad suffendum jejunium, licet sexagenarii sint. n. 89. & 91.

Excusantur tamen, qui sunt in ætate decrepita, seu (ut Tolætanum VIII. loquitur) languente & incurvante. Ibid.

Prægnantes quoque & lactantes Doctores passim excusant. Quia non solum sibi, sed & aliis eas oportet edere. n. 92.

Denique pauperes, si possunt sufficienter habere quod eis sufficit ad unam comestionem, non excusantur propter paupertatem à jejuniis Ecclesiæ, inquit S. Thomas; licet excusentur, qui frustratim elemosinas mendicant, quia non possunt simul habere, quod eis ad victum sufficit. n. 93.

## JESUITÆ.

Theologiam hanc Sanctorum de Janfenismo accusant (prout Romanæ nuntiant Litteræ); sed perperam, ut manifestum videri potest ex dictis verbo gratia.

Perperam quoque eam accusant de Rigorismo. Cùm nullum tradat rigorem ab Ecclesiâ damnatum, sed ex Scriptura, Patribus, & ratione Christiana probatum. Nec aliis videatur nimis severa, nisi quorum Theologia videtur nimis laxa, prout dicit Eminentiſſ. Aguirius in præfat. to. I. Concil. Hispan. Et quid mirum quod ab iis de Rigorismo arguatur, qui de eo S. P. N. Eliam redarguere non verentur? Hoc utique facere non veretur Franculinus, Jesuita Romanus, alicui quod ipsum Deus, ob rigorem nimium, è terra sustulerit. An non ridiculè, an non temerè, an non parum piè (modestia dicere non permittit impiè) judicet Sanctissimus.

Denique ex ipsis nonnulli objiciunt acrimoniam styli nostri. Sed excusabilem, ob ea quæ profero in Admonitione ad Lectorem to. 3. præfixa. Id igitur excusare, & indulgere dignentur filio, sancti Patris sui Eliæ exemplo, zelo fanaticæ doctrinæ, salutisque animarum zelato pro Domino Deo exercituum. Acrimoniam equidem illam (prout ibi dixi) jam deletam & correctam volo, obsecrans Reverendos Patres, ut quod sibi fieri nolunt, aliis non faciant, prout ex ipsis tam multi faciunt.

## IGNORANTIA.

Ignorantia prorsus antecedens, & involuntaria, causar involuntarium simpliciter: scilicet ignorantia consequens ac voluntaria. To. I. pag. 186. & 187.

Maliciam actus invincibiliter & inculpate non ignorat, quisquis ad eam actu non advertit. Cùm ad ignorantiam, & inadvertentiam vincibilem ac voluntariam sufficiat sic posse & debere advertere, ut ex culpa inadvertentis sit, quod non advertat. Pag. 697. à num. 13. usque ad 59.

Ex contraria opinione prodit damnatum dogma de peccato philosophico. Pag. 706. n. 59. & seqq.

Prodeunt & alia horrenda consecraria. Pag. 712. & seqq.

Peccata, quæ committuntur ex ignorantia, vel inadvertentia culpabili, sunt in seipsis impunita, non in causa dumtaxat. Pag. 721. 722. &c.

Plurimæ sunt in nobis ignorantia, & inadvertentia culpabiles, de quibus cavendis nulla nobis occurrit cogitatio. Pag. 724. n. 139.

Infidelitas, Judaismus, hæresis, est culpabiliter & imputabiliter in multis, certè persuadentibus sibi, in vera se religione esse, tamen ipsi dubitandi ratio non subiecit aliquando. Ibidem n. 140.

Multi & valde multi formaliter peccant, absque remorsu conscientia, sibi que malè ablandiunt sub prætextu inadvertentia, vel incogitantia. n. 141.

Inexcusabiles sunt illi, in quibus ingens affectus ad peccatum, peccandivè consuetudo, conscientiam sic suffocat, ut nullo peccati sensu afficiantur. Pag. 725. n. 242.

Maledictiones, juramenta, blasphemias, & similia, iis imputantur, qui in ea inadvertenter prorumpunt ex iracundia culpabili (ex qua solent in ea prorumpere) si ad istius iracundiæ emendationem serio non allaborent. Ibid. n. 243.

Ignorantia juris, etiam naturalis, verè invincibilis, & involuntaria, excusat in totum à peccato. Pag. 661. n. 34.

Si tamen hic & nunc vincibilis sit per gratiam, & hæc alicui desit in penam præcedentis peccati ipsius, censenda non est invincibilis, nec proinde in totum excusans. Pag. 662. n. 36.

Non datur ignorantia juris nature præcise prorsus invincibilis. à pag. 675. ad 688. & seqq.

Peccata carnis, fornicatio, mollicies, &c. nunquam committi debent ignorantia invincibili, & prorsus inculpata. Pag. 679. n. 98. & seqq.

## INCESTUS.

Grandis est malitia ipsius. To. 2. pag. cxv. n. 143.

Copula Confessarii cum filia confessionis non est incestus. Ibid. n. 140.

Incestus omnes non sunt unius speciei. Pag. cxv. n. 147. & seqq.

## INDULGENTIA.

Abjicienda est hæc propositio: nulla, vel modica factio imponenda est, dum penitens confitetur ad lucrandum jubilum, vel aliam indulgentiam plenariam. To. 3. à pag. 577. usque ad 582. inclusive.

Illi soli plenariè lucrantur indulgentiam plenariam, qui imprimis deponunt omnem affectum ad quodcumque peccatum, etiam veniale. Secundò, qui pro posse suo, seu humana fragilitate, satisfaciunt pro peccatis suis. Terriò, adimplent condiciones omnes à S. Pontifice præscriptas. Tunc quippe, aliis non, Indulgentia, seu per eam applicatio thesauri meritorum Christi & Sanctorum, supplet residuum poenæ pro peccatis debite. Ibidem.

## IRREGULARITAS.

Est impedimentum Canonicum, quo quis prohibetur promoveri ad Tonuram, & Ecclesiasticos Ordines, & in susceptis ministrare. To. 3. pag. 653. n. 137.

Parit incapacitatem ad Beneficia Ecclesiastica n. 138.

Irregularitas una est ex delicto, ad quam non sufficit delictum veniale. Altera ex defectu. n. 138.

Irregularitas ex delicto incurritur 1. ex hæresi & apostasia à fide. 2. ex iteratione baptismi. 3. ex indignitate facti Ordinis susceptione, vel ministerio, dum scilicet Ordines suscipiunt ad eos non admitti, vel majori excommunicatione, vel aliâ censurâ ligati, vel isti in eis ministrant, sicut & qui ministrant, in Ordine quo carent. 4. ex illicito homicidio voluntario, vel mutilatione. 5. ex homicidio casuali, & non intento, dum contingit dando operam rei licite. Pag. 656. n. 175. 176. 177. 178. 181. 182.

Irregularitas ex defectu incurritur à Judicibus legitime condemnantibus ad mortem, & cæteris ad id consententibus & cooperantibus; necnon à bygamis, & omnibus infamibus ex delicto vero, vel præsumpto. Ab occidentibus quoque injustum inavorem bonorum temporalium, vel famæ; non ab occidentibus injustum inavorem vitæ, dum eam aliter salvare non possunt. Pag. 654. & 655.

## JUDICIUM TEMERARIUM.

Est peccatum ex genere suo mortale contra justitiam. To. 2. pag. ccxxx. n. 130.

Temerarium est, dum levis & insufficientibus nititur indicis. Ad quorum insufficientiam necesse non est actu advertere, sed sufficit advertere actu vel potestate, & obligatione semovendi omnem passionem, invidiam, malevolentiam, &c. quibus sepositis, insufficientia illa per debitam considerationem facile animadvertetur. Pag. ccxxxi. n. 136.

Etiam opinio, suspicio & dubitatio temeraria, si notabiliter cum temeritate concipiuntur, peccata sunt ex suo genere mortalia, tamen plerumque non sunt nisi venialia. Pag. ccxxxi. n. 139. & seqq.

Regulæ, secundum quas dubia meliorem in partem interpretanda sunt. Pag. ccxxv. n. 154. & seqq.

Juramentum est assumptio divini nominis in testimonium, &c. To. 2. pag. xc. n. 1.

Est actus bonus, si fiat cum veritate, judicio & justitia. Pag. xcvi. n. 8. 9. & seqq.

Quicumque jurat aliquid se facturum, sub mortali tenetur ad faciendum, nec juramenti veritas alioqui impletur. Nec enim sufficit, quod dum te facturum promissisti, te facturum intendisti, si postea animum mutes. Pag. xcvi. n. 14. 15. 16.

In materiis à matrimonio distinctis, juramentum gravi metu injusto extortum obligat, si res promissa honestè præstari queat; licet tunc juramenti obligatio per legitimam potestatem relaxari possit. Pag. xcix. n. 17. & seqq.

Juramentum promissorium ficto animo factum, licet illud,



Illicitum, est obligatorum. Ibid. n. 22. 23. & seqq.

Perjurus est quisquis juramenti verba dolose profert, absque animo jurandi, vel se obligandi, vel implendi quod promissum est. Pag. c. n. 27.

Pro: fas illicitus est restrictionum pure mentalium usus, non solum in juramentis, sed & in iudiciis, in contractibus, & in omni humana conversatione. Quia restrictiones illæ verissima sunt mendacia. Pag. c. n. 49. & seqq. usque ad 72.

De re secretò, etiam sacramentali, interrogatus, mortaliter peccat, si juret se nescire (cum sciat) subaudiendo intra se, *nescio ut revelem*. Pag. civij. n. 77. Nec tamen sacrum arcanum revelare potest, etiam aliàs morte afficiendus: sed, si secretum prodere compellatur, vel jurare se nescire; dicere debet: *non prodam, nec mentiar*. Ibid.

Iusta de causa juramentum licite exigitur, vel suscipitur, ab infideli, qui scitur juraturus per falsos Deos. Pag. cxj. n. 93. & 94.

Homo tamen privatus illicite quemquam inducit ad jurandum falsum, sciens esse falsum, licet jurans putet esse verum. Pag. cxij. n. 95. & seqq.

## L.

## LEX.

Omnia huc pertinentia habes Tomo 2. in Indice Capitum libri primi.

## LOCATIO ET CONDUCTIO.

Etiam huc pertinentia habentur ibidem, in Indice Capitum libri 9. cap. 47. 48. & 49.

## LUDUS ET SPONSIO.

Ibidem. c. 52. 53. 54. 55. 56.

## LUXURIA.

Vide in Indice Tomi 1. l. x. p. 2. cap. 8. 9. 10. & 11.

## M.

## MARTYRIUM.

Abes in Indice Capitum Tomi 2. lib. 7. c. 2. 3. 4. & 5.

## MATRIMONIUM.

Observanda ab iis, qui ad matrimonium tendunt. To. 2. lib. x. p. 6. cap. 13.

Cætera habes in Indice Capitum Tomi 3. lib. 8. p. 2. à c. 1. usque ad libri finem. Sanctorum de matrimonii usu doctrinam habes ibidem cap. ... Sicut & peccata conjugum contra sextum præceptum. To. 2. lib. 10. c. xiv. Et to. 2. l. 8. p. 2. c. ...

## MENDACIUM.

Mendacium omne est intrinsecè malum, nulloque omnino casu licitum. To. 2. pag. cxlij. n. 6. & seqq.

Etiam simulatio, per quam aliud factus significatur, quam in mente habeatur, mendacium est. Ibid.

## METUS.

Metus est instantis vel futuri periculi causâ mentis trepidatio. Duplex est, gravis & levis. Gravis est quo certò vel probabiliter timeatur grave malum, grave utique, vel absolute, vel respectivè ad personam talis ætatis, vel sexus. Levis, quo non timeatur nisi malum leve, vel grave facillè impediibile, vel ex levi, non ex probabili fundamento. To. 1. pag. 181. n. 114.

Simplex tunc voluntarium est quod ex metu fit: secundum quid dicitur involuntarium. Et hoc nonnisi dum in voluntate, agente vel omitente rem aliquam ex metu, præexistit, & moraliter adhuc existit affectus erga rem illam secundum se consideratam. Quia ex affectu isto involuntarium illud formaliter provenit, non ex metu. Pag. 182. n. 17. & 18.

Et hinc quodcumque res, secundum se prædicta, abjicitur ex solo timore mali extrinseci, nulla alia ex causa, non abjicitur præexistens affectus erga rem illam secundum se consideratam. Pag. 182. n. 120.

Votum solenne (imò & simplex, prout Doctores communiter putant) gravi metu injusto extortum, saltem jure Ecclesiastico hodie est invalidum. To. 2. pag. 377. n. 195. & 199. Non ideo tamen homo, qui ex tali metu sacros suscepit Ordines, deobligatus est à servanda castitate, ab horis recitandis, nec à non contrahendo sine dispensatione matrimonio. Tamest enim ad ista non fit obligatus ex voto; obligatus est ex Ecclesiæ lege. Ibid. n. 197.

De contractibus ex metu contractis, vide supra verbo *contractus*.

## MISSA.

Vide verbo *Eucharistia*.

## MONOPOLIUM.

Monopolia, quibus Mercatores inter se conspirant, ut ipsi soli certas merces vendant, vel eas vendant eo, quod ipsi constituerint, pretio, vel alio quocumque modo caritate inducunt, profus injusta sunt, humano generi exitiosa, commerciorum æquitati & justitie contraria; ad restitutionemque adeò gravem propter ea Monopolista obligantur, ut vix tota vita sufficere queant. To. 2. pag. 443. n. 712. 713. 714. & seqq.

Tom. III.

## MUTUUM.

Mutuarius tenetur 1<sup>o</sup>. rem mutuam; in eadem specie, quantitate & qualitate, suo tempore reddere. 2<sup>o</sup>. si fuerit in mora, tenetur de damno, & lucro cessante. 3<sup>o</sup>. tenetur de casu fortuito rei mutuate, ita ut ipsi pereat res mutuata, si peccat. To. 2. pag. 481. n. 230.

Mutuator tenetur mutuarium monere de vitio rei, nec eam reperere statim, nec plus exigere, quam valeat res mutuata. Ibidem n. 231.

In iis rebus, in quibus per se spectatur & intenditur physica entitas rei, res mutuata restituenda est in eadem specie physica, ut vinum pro vino. In pecunia verò, licet reddi debeat pecunia pro pecunia; non tamen eadem in specie physica, sed eadem in valore, quem habuit tempore mutui; secus à speciali conventionione. Pag. 382. n. 233.

## N.

## NEGOTIATIO.

Negotiari propriè est rem alienam sibi comparare, ut eadem immutata vendatur, vel permutetur cum lucro. To. 2. pag. 434. n. 640.

Negotiatio non est generatim illicita. Quia lucrum, quod est negotiationis finis, est in sui ratione non importet aliquid honestum, vel necessarium; nihil tamen importat in sui ratione vitiosum. Ibid. n. 641.

Quia tamen de se deservit cupiditatis lucri, & frequenter non exercetur sine vitio, & nimis implicat animum secularibus curis, negotiatio Clericis per sacros Canones interdicta est, sicut & tutela, & curatela. Ibid. n. 643.

## NOMEN DEI.

Quinam affluant nomen Dei in vanum, vide to. 2. pag. cxvj. n. 119. & 120.

## O.

## ODIUM.

Odiu, sive abominacionis (quod est aversio voluntatis ab aliquo propter malum, quod in ipso concipitur) sive inimicitia, quo alicui malum optatur, quo malum ipse, est peccatum ex suo genere mortale, oppositum charitati; licet odium proximi aliquando solum sit veniale, propter imperfectiorem consensum, seu deliberationem, vel ob parvitatem mali voliti, vel propter levitatem aversionis, aut displicentiam de proximo. To. 2. pag. 298. n. 404.

Odiu abominacionis Dei, seu aversio à Deo, peccatum est diabolicum, aliis peccatis gravius: quia per illud voluntas secundum se avertitur à Deo, non per alia peccata. Ibid. n. 405.

Qui contra proximum habuit odium inimicitia, in confessione manifestare debet speciem mali proximo voliti. Ibidem n. 407.

## OMISSIO.

Peccatum omissionis externum tunc demum committitur, cum tempus est non omitendi; internum, dum quis expressè vel interpretativè vult omittere. To. 2. pag. 657. n. 1.

Non omnis actus, cum omissione culpabili conjunctus, participat malitiam ipsius; sed ille tantum, qui causa est omissionis. Ibid. pag. 658. n. 5.

Plurimæ sunt omissiones culpabiles, ad quas major pars fidelium non reflectit; sunt tamen peccata, proximæque plurium aliorum peccatorum occasiones. Ibid. n. 7.

## OPINIO PROBABILIS.

Vide verbo *conscientia*.

## ORATIO.

Nullum est tempus, quo divino non egemus auxilio: in omnibus proinde actibus & causis, Deus orandus est. To. 2. pag. x. n. 46.

Conditiones ad orandum necessariae sunt 1<sup>o</sup>. attentio ad Deum. 2<sup>o</sup>. pietas & humilitas supplicantis. 3<sup>o</sup>. fides, & spes, seu fiducia obtinendi à misericordia Dei quod petitur. 4<sup>o</sup>. fervor tepiditatem excludens. 5<sup>o</sup>. assiduitas & perseverantia. 6<sup>o</sup>. ut oratio sit alata, id est bonis operibus sociata, maxime jejuniis & elemosynis. Ibidem, & pag. xj. n. 47. & seqq.

Oratio cum hisce conditionibus infallibiliter impetrat id quod pro se quis petit, si necessarium sit, vel utile ad salutem. Ibid. n. 44. & seqq.

Pro viatoribus omnibus orandum, & animabus purgantibus, non pro damnatis. Pag. xij. n. 61.

Solus Deus orandus est, tamquam fons & principium bonorum omnium; Christus, tamquam primarius Mediator noster apud Deum; Sancti, tamquam Mediatores secundarii, qui per Christum, & merita ipsius, bona aliqua nobis impetrare possunt. Pag. xij. n. 68. & seqq.

## ORDO.

Vide in Indice capitum Tomi 3. ubi omnia huc spectantia continentur cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.

Bbbbb







ham adorasse legitur filios Heth, Judith Holofernem, propter excellentiam utique civilem. Minus ample, est veneratio propter excellentiam spirituales; quomodo Abdias Eliam; Josue Angelum adoravit. Pag. vij. n. 32.

Et illa dividitur in *duliam*, quæ Sanctos velut Dei amicos; hyperdoliã; quæ Deiparam; & latram, quæ solum Deum, ut supremum Dominum nostrum, infinitè perfectam & excellentem, adoramus. Ibidem.

Externæ adoratio, sine interna, non est viva & vera, sed mortua, sicut corpus sine anima. n. 33.

*Devotio* est pius & humilis affectus erga Deum. Vel, ut S. Thomas, est prompta voluntas debite peragendi ea quæ ad Dei cultum pertinent. Unde non consistit in sensibili gustu; & teneritudine cordis; sed in prompta illa voluntate, pioque & humili affectu, pterinque in fondo cordis latitante absque ullo sensibili gustu, imò cum ariditate & tædio. n. 35.

Cum *sacrificium* sit oblatio rei sensibilis, cum illius immolatione, Deo legitime facta in recognitionem supremi domini ipsius; & talem oblationem Christus fecerit in ultima Cæna; & à Sacerdotibus jurgi observantia fieri præcepit; in ultima illa Cæna Christus Eucharistiam instituit, verum instituit, & à Sacerdotibus in Missa offerunt sacrificium Eucharistiam. To. 3. pag. 185. n. 802. & seqq.

**VITIA RELIGIONI OPOSITA.**

Religioni duo opponuntur vitia, unum per excessum, scilicet superstitio; alterum per defectum, nempe irreligiositas. To. 2. pag. lxx. n. 388.

*Superstitio* est inordinata religio, sive vitium, quo cultus divinus exhibetur ei, cui non oportet, vel Deo alter quam oportet. n. 389.

Unde superstitio dividitur in eam quæ veri, & alteram quæ falsi est Numinis. Ibidem. Ubi & superstitionis veri Numinis modi varii declarantur.

Superstitionis falsi Numinis tres sunt species, idololatria, divinitas, & vana observantia. Pag. lxxv. n. 392.

*Irreligiositas* est irreverentia erga Deum, reque sacras. Sub ea comprehenduntur tentatio Dei, sacrilegium, blasphemia, simonia & perjurium.

*Idololatria*, quantum est ex parte peccati, peccatorum omnium gravissimum est. Ibidem n. 394.

Gravissime peccant divinatores, magi, sortilegi, eosque consultentes, & operâ corum utentes. Ibid. n. 397. & seqq.

Hoc faciunt, qui in morbis, vel jactura rerum, opem petunt ab iis, qui cum nec sancti sint, nec scientiâ naturali extraordinariâ præditi, ipsos extraordinarie juvare non possunt, nisi demoniâ ope. Pag. lxxv. n. 398.

Ne ad tollendum quidem maleficium fas est ad ipsos recurrere, nec ad divinatores, ut ab ipsis sciatur aliquid futurum. Ibid. n. 401. & seqq.

Vana observantia est superstitio, quæ ex signis vanis, id est ad effectus expectatos, nullam ex naturâ sua, neque ex institutione divina virtutem habentibus, certo expectantur tales effectus, ut scientia absque studio; sanitas ex signis vel characteribus; vanus tuuri eventus ex faustorum vel infaustorum dierum observatione. Pag. lxxix. n. 414.

Præcipua superstitiosis malitia petitur ex pacto explicito, vel implicito cum demone. Et propterea Confessarius illic absque alio examine, judicare non debet mortaliter deliquisse eum, qui absque hujusmodi pacto aliquam ex dictis vanis observantias commisit; quia aliqui ex ipsis per simplicitatem & bonam fidem à mortali excusari possunt, si nunquam audierint, talem actionem velut superstitiosam à viris doctis condemnari.

*Tentat Deum*, contra reverentiam divinam Majestati debitam, qui experimentum de divina aliqua perfectione, v. g. justitiâ, potentia, &c. extra ordinarias Dei leges, citra justam causam, audent præsumptione capere vult, vel auxilium à Deo temere expectare. Pag. lxxxj. n. 427.

*Blasphemia* est injuriosa locutio in Deum, vel Sanctos. Ibid. n. 428.

Aliquando fit per modum enuntiationis, Deo (vel Sancto) tribuendo defectum, vel negando perfectionem. *Deus est crudelis, non est justus*, &c. Aliquando per modum execrationis, *maledictus sit Deus, percat Deus*. Aliquando per modum dubitationis, *si est Deus, si est justus*. Aliquando per modum irrisionis, ut cum Judæi dixerunt, *vab! qui destruis templum Dei*. Aliquando per modum simplicis irreverentia, ut cum aliquid Deo conveniens cum irreverentia profertur, ut jurando *per caput, per ventrem, per sanguinem Dei*. Ibidem.

Blasphemie reus, absque gravissima penitentia, severo Confessarii judicio injuncta, non est absolvendus. Pag. lxxxij. n. 431.

*Sacrilegium* est violatio seu indigna tractatio rei sacre, vel personæ sacre, vel loci sacri. Pag. lxxxij. n. 437. & seqq.

*Indignitas illa tunc accidit*, quando aliquid fit contra reve-

rentiam ipsi debitam, sive contra id, ad quod sanctificata seu Deo consecrata sunt. n. 441.

De perjurio vide verbo *perjurium*. De simonia infra verbo *simonia*.

**RESTITUTIO.**

Spectantia ad restitutionem sufficienter habentur in Indice capitum Tomi secundi, à cap. 102. ad 153. inclusive.

**RESTRICTIO MENTALIS.**

De ea supra verbo *juramentum*.

**REUS.**

Reus in judicio criminali justè interrogatus, fateri tenetur crimen à se verè commissum, etiam si pro confessio sic morte placendus. To. 2. pag. cxxxviii. n. 117. & seqq.

**SACRAMENTUM.**

Vide in Indice capitum Tomi 3. à cap. 1. usque ad finem libri primi.

**SATISFACTIO.**

Necessaria est, ad satisfaciendum divinæ justitiæ, nec solum ad remissionem peccatorum temporalium, sed & (in voto saltem) ad remissionem mortalis culpæ, penæque æternæ. To. 3. pag. 576. n. 2461.

Satisfactio pro peccatis divinæ est institutionis, non humanæ usurpationis. Pag. 576. n. 2464. Non solo proinde jure humano, sed divino necessaria est. Pag. 575. n. 2467.

Abolvi non potest penitens, satisfacere nolens in vita, sed in Purgatorio. Pag. 576. n. 2468.

Magnis saltem peccatoribus, in periculo mortis significanda est satisfactio, quam implere debeant, si evaserint. Pag. 575. n. 2455.

Nimis laxa videtur opinio, diens, pro uno mortali ordinario, justam, seu proportionatam ætatis penitentiam esse coronam quinque decadum. Pag. 590. n. 2563. & seqq.

Penitentia, per se loquendo, imponenda est pro criminum gravitate & multitudinem. Ibid. n. 2566.

Penitentia esse debet idonea ad consequendos fines, propter quos necessaria est, videlicet 1.º ad commissorum peccatorum castigationem. 2.º ad hoc ut à peccato revocet. 3.º ut vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actibus tollat. 4.º ad amovendam imminentem à Deo penam. 5.º ut dum satisfaciendo patitur pro peccatis peccatis, Christo Jesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, conformes efficiatur. Ibid. n. 2468. & seqq.

Penitentia imposita, juxta Sanctorum Theologiam, peccatis ex adverso correspondere debet. Pag. 592. n. 2587. & seqq.

Penitentiam gravem, à Confessario pro mortalibus impostam, penitens, si verè penitens est, sub mortali acceptare tenetur; imò amplius peragere, si levioris Confessarius imposita. Pag. 594. n. 2596. & seqq.

Penitentiam ab uno Confessario impostam, alius Confessarius mutare non potest, nisi causâ cognitâ, & graves ob causas. Pag. 595. n. 2600.

**SIGILLUM CONFESSIONIS.**

Semper est gravissimum mortale peccatum; etiam si nonnulla venialia contenta revelentur. To. 3. pag. 627.

Illud non violat Confessarius, nec secretum prodit, absolutionem negando quibus oportet, vel differendo, ad hoc ut penitens ad eam, & ad S. Communionem se disponat per dignos penitentia fructus. Ibid. n. 2848. & seqq.

Sigilli confessionis obligatio oritur ex omni & sola confessione sacramentali, saltem inchoata, etiam si absolutio, ob defectum sufficientis doloris vel propositi, secuta non fuerit. Ibid. n. 2864. & seqq.

Sigillo obligantur 1.º Confessarius. 2.º omnes qui casu à vel ex industria confessionem audierunt. 3.º interpretes. 4.º Superior à quo penitens, per se, vel per Confessarium petit facultatem pro reservatis. 5.º Confessarius, quem Confessarius de licentia penitentis consultit. 6.º Laicus, vel Clericus, qui finxit se Sacerdotem, cum non esset. 7.º qui invenit legitime chartam, in qua penitens scripserat confitenda peccata. Pag. 628.

Sigilli materia sunt directe quidem peccata confessæ, indirecte etiam illa per quæ peccata deprehendi possent: sicut & peccatum complicis, vel aliorum, à penitente imperito narratum. Ibid. n. 2868.

Illicitus est extra confessionem omnis usus scientiæ confessionis, per quem confessio redderetur odiosa, vel causatur penitenti aliquod gravamen, vel incommodum, confessioni extrinsecum. Pag. 629. n. 2878. & seqq.

Confessarius summa cautela abstinere debet à narratione auditorum in confessione, sive in suggestu, sive in familiari colloquio, ob frequens periculum violandi sigillum. Pag. 628. n. 2874.



## SIMONIA.

De ea vide Indicem capitum Tomi 2. lib. 10. p. 1. à cap. 55. ad 62.

## SFONDRATUS.

De Eminentissimo Sfondrato Cardinale, doleo quod to. 1. c. 9. sub finem, & lib. 10. p. 3. c. 9. novitias aliquas opiniones plus, ex *Nodo difsoluto* excerptas, fortè videri possem acrius perfrinxisse. Hoc, ob tanti viri reverentiam, correctum volo, correctamque & deletam censuram omnem, ac notam, siqua fortasse inadvertenter ac præter intentionem in fervore disputationis (pro tuenda Augustini doctrina) exciderit. Nam reverà sic excidit, si excidit. Omnem proinde istius libri censuram ad S. Sedem (ad quam causa ista delata est) submississimè remitto. Neque enim æquum est iudicium ipsius à privatis Scriptoribus præveniri.

## SOCIETATIS CONTRACTUS.

Societas est conventio duorum, vel plurium, de contribuendo aliquo pretio æstimabile, in commune lucrum & damnum, pro rata. To. 2. pag. 464. n. 867.

Iusta non est societas, cum pacto, ut capitale saluum sit pecuniam conferenti, ac nihilominus lucrum communiter dividatur. Pag. 465. n. 874. & seqq.

Nec licitum est, contractui societatis cum eodem socio adijcere duplex aliud pactum, asecurationis sortis, & venditionis lucri incerti pro certo. Ibid. n. 877. & seqq. usque ad n. 914.

Variorum, de societate animalium, casuum resolutionem vide pag. 471. & seqq. Varias quoque regulas divisionis, in fine societatis faciendæ, dum sociorum alter operam, alter pecuniam confert, vide pag. 475. & 476.

## S P E S.

Spes est virtus Theologica, per quam certa cum fiducia, nostræ salutis & æternæ vitæ bona per divinum auxilium consequenda expectantur. To. 2. pag. 215. n. 1.

Nascitur ex amore Dei, ut summi boni nostri. Ibid. Differt nihilominus à charitate, quod charitas sit formaliter amor, spes vero non formaliter amor, sed fiducia expectans objectum suum, speranti absens, per media ardua & difficilia infirmitati nostræ; fiducia (inquam) innixa super infinita Dei misericordia, & auxiliatrice omnipotentia; quæ protectio fiducia non est amor, sed magnanimitas, & generosa quadam audacia sancta. Charitas vero est amor Dei, quatenus ex se, cum omnibus perfectionibus suis, summi boni nostri, abstrahendo an præsens sit, an absens, an possessum, an possidendum, an difficulter, an facile possidendum. Pag. 223.

Spei certitudo fundatur in objecto suo formali, Dei utique misericordia, auxiliatrice omnipotentia, & fidelitate in promissis. Pag. 224. n. 49.

Certitudo tamen ista non est absoluta, sed conditionata, si mandata perseveranter servemus. Et ideo non est absque omni timore, nec omnimodam præstat securitatem. Ibid. n. 41.

Datur spei, sicut fidei & charitatis, speciale præceptum, obligans ad spei actus tam frequenter eliciendos, ut Christianus per spem, sicut & per fidem & charitatem, divinx Majestati morali quodam modo semper adherere censetur. Pag. 224. n. 48. 49. 50.

Contra spem peccatur excessu per præsumptionem, defectu per desperationem; sed per hanc rarius. Pag. 225. n. 56. & seqq.

A peccato præsumptionis immunes non sunt, qui in impunita ad finem vitæ perseverant, fidentes in aliquo ardi cordis obsequio, per quod penitentiam in fine vitæ, veniamque per intercessionem B. Virginis sibi pollicentur. Pag. 226. n. 59.

## SPONSALIA.

De his satis in Indice capitum Tomi 3; lib. 2. p. 1. à cap. 1. ad finem.

## T.

## TESTAMENTUM.

Vide Indicem capitum Tomi 2. l. 9. à cap. 92. ad 100.

## T H E S A U R U S.

Theauri, seclusa lege positiva, toti sunt inventoris; sed aliter legibus civilibus dispositum est. To. 2. pag. 362. n. 84. & seqq.

## TONSURA CLERICALIS.

Præparatio & dispositio ad illam requisita explicatur. To. 2. pag. 133. n. 52. & seqq.

Mortale censent Doctores gravissimi, *Tonsuram*, non eo quo oportet animo, nec debita cum dispositione suscipere, sed, ea neglecta, nihil aliud intendere, nisi vel à Laicali se jurisdictione eximere, vel ad capessenda beneficia Ecclesiastica, seu eorum potius fructus & honores, habilem reddere. Ibid.

## V.

## V A G I.

Vagi, qui fixum nullibi domicilium habent, tenentur legibus particularibus locorum per quæ transeunt. To. 2. pag. 32. n. 205.

## V E N A T I O.

Jure Canonico, venatio, saltem frequens, cumque armis & strepitu canum, interdicta est Clericis. To. 2. pag. 362. n. 82.

Eriam Laicis per varia Concilia prohibetur die festo. Pag. cxix. n. 6.

Fera à venatore sic vulnerata, ut eam captus sit, injus à altero ipsi præripitur, dum eam persequitur. Pag. 360. n. 78.

Nec ideo venator acquirere desinit dominium illius, quod eam cepit venatione per Edicta Principum interdicta. n. 80.

VOTUM, ET STATUS RELIGIOSUS.

Vide in Indice capitum Tomi 2. lib. 10. p. 1. à cap. 32. ad 49.

## U S U R A.

Vide ibidem lib. 9. à cap. 23. ad 41.

## FINIS INDICIS.